ueritate . Fiunt eni golipide aere caue : he habent punctu angustissimum que aqua infunduntur collocanturq; ad igne & anteq; calefant non habet ullum spiritum . Simulac aut ut feruere cepint efficiunt ad ignem uehementē flatum ita scire & iudicare licet e puo breuissimoq; spectaculo de magnis & imanibus coeli uentorumq; nature ronibus si exclusi fuerit no solu efficiet corporibus ualentibus locu salubre sed etia siq morbi ex aliis uitis forte nascen q ceteris salubribus locis hnt curatioes medicie cotrarie . In his ppter tptura exclusioes uentore expeditius curabunt . uicia aut sunt q difficulter curant in regioibus q sunt supra scripte hec . grauitudo artiaru ac tussis . pleuresis . thisis . sanguinis eictio & cetera . q non detractionibus sed adiectioibus curant . hec ideo difficulter medicant . primu q ex frigoribus cocipiunt . deinde q defectis morbo uiribus eor aer agitatus ex uetore agitatiouibus extenuabit . una q a uiciosis corporibus detrahit succu & efficit ea exiliora . Contra uero lenis & crassus aer q pflatus no habet neq; crebras redundantis . ppter inmotā stabilitate adiciendo ad membra eor alit eos & reficit q his sunt impliciti morbis . Nonnullis placuit esse uetos qtuor ab oriēte eqnoctiali solanu . a meridie austru . ab occidēte eqnoctiali fauoniū . a septētrionali septētrione . sed q diligētius pquisiuerūt tradiderūt eos esse octo maxie quide andronicus cyrestes qui etia exēplū collocauit athenis turri marmorea octogonon . & in singulis lateribus octogoni singulore uentore imagines exculptas cōtra suos cuiusq; flatus designauit . supraq; eā turri metā marmorea pscit & insup tritonē ereū collocauit dextra manu uirgā porrigentē . & ita est machinatus uti uento circūageret . & semp cōtra flatu cōsisteret . supraq; imaginē flatu ueti indicē uirgā teneret Itaq; sūt collocati inter solanu & austru ab oriēte hyberno eurus inter austru & fauoniū ab occidēte hyberno . aphricus inter fauoniū & septētrionē chaurus que plures uocat choros inter septētrionē & solanu aquilo . hoc modo uidet esse expressum uti capiat numeros & noia & ptes unde flatus uetore certi spirēt . Qd cu ita exploratu habeat ut inueniant regioes & ortus eoru sic erit rocinadu . collocet ad libellā marmorea amusiū mediis menibus aut locus ita expoliatur ad

Gravitudo
Arthretis
Tussis
Pleuritis
Phthisis
Sanguinis deictio

Defectis morbo uiri

De Ventis & eorum numero

Solanus
Auster
Fauoni
Septentrio

Andronicus Cyrestes

Triton aere
Eurus
Africus
Caurus siue corus
Aquilo
Amusiū marmoreū

Arthretis

regulā & libellā ut amulum non desideretur. supraque eius loci cen-
 trū mediū collocet æneus gnomon indagatio^{or} umbre quæ grece scia
 teres dicitur huius antemeridianā circiter horā quintā sumenda est
 extrema gnomonis umbra & puncto signanda. Deinde circino de
 ducto ad punctū, quod est gnomonis umbre lōgitudinis signum ex
 eoq; a centro circūagenda linea rotundatiōe Itēq; obseruanda post
 meridiana istius gnomonis crescēs umbra. & cum tetigerit circina
 tionis lineā & fecerit parem anmeridiane umbre, Postmeridianam,
 signandō pūcto ex his duobus signis circino decussatim describē
 dam. & per decussationē & mediū centrū linea perducēda ad extre
 mū. ut habeat meridiana & septētrionalis regio tunc postea sumē
 da est. xvi. pars circinationis lineæ totius rotundatiōis. centrūq; col
 locandū in meridiana lineā. quæ tangit circinationē. & signandū dex
 tra ac sinistra in circinationē. & meridiana ac septētrionali parte. tūc
 ex signis his quatuor per centrū mediū decussatim lineæ ab extremis
 ad extremas circinationes pducende. Ita austri & septētrionis habe
 bit octauæ partis designatō. Reliquæ partes dextra ac sinistra tres
 equales & tres distribuende sunt in tota rotundatione. ut equales
 diuisiones octo uentorum designate sint in descriptiōe. Tum per
 angulos inter duas uentorum regiones & platearū & angiportorū
 uidentur debere dirigi descriptiones. His enī rōnibus & ea diuisiōe
 exclusa erit ex habitationibus & uicis uentorū molestia uis. Cum
 enim platee cōtra directos uentos erūt cōformate ex aperto celi spa
 ti impetus ac flatus frequēs conclusus in faucibus angiportorum
 uehementibus uiribus puagabit. Quas ob res cōuertende sunt a
 regionibus uentorū directiōes uicorū uti aduenientes ad angulos
 insularū frangantur. repulliq; dissipent. Fortasse mirabūtur hi qui
 multa uentorū noīa nouerunt. quæ a nobis expositū sit tantūmodo
 octo esse uentos. Si autē animaduertent orbis terre circuitiōne per
 solis cursum & gnomonis eqnoctialis umbras. & inclinatione celi
 ab Eratosthene Cyreneo rōnibus mathematicis & geometricis me
 thodis esse inuentā ducentorū quinquaginta duū miliū stadiū. que
 fiunt passus trecenties & decies quinquaginta milia. Huius autē octa
 ua pars quam uentus tenere uidetur est tricies nonaginta triginta

quod

Aeneus gnomon
Scythoras. ex iustis

A Decussatim
R Decussatio

As

P

S

Angiportorū

Insularū

Eratosthenis

Methodis geometricis & ratio
nibus mathematicis. ergo
opponit methodos rationibus. uacat


Circuitio terre inuenta ab
eratosthene 252000. stad.

Septem milia & passus quingenti. Non debent mirari si in tam
 magno spatio unus uentus uagando inclinationibus & recessioni
 bus uarietates mutatiōe flatus faciat. Itaq; dextra & sinistra austræ
 Leuconotus & Altanus flare solet. Aphricum: Libanotus & sub
 uelperos. Circa fauoniam Argestes & certis tēporibus Ethelæ. ad
 latera Chauri Circius & Chorū: circa septentrionē Tracias galli
 cus: dextra ac sinistra Aquilonē supernas & Cecias. Circa solanuz
 carbas & certo tēpore Ornithie. Euri uero medias partes tenent
 in extremis euri Cecias & Vulturinus. Sūt autem alia plura nomi
 na flatusq; uentorū a locis aut fluminibus tracta aut motum pro
 cellis. Preterea auræ matutinæ quas sol cū emergit de subterranea
 parte uersādo pulsat aeris humorē & impetu scandēdo trudens ex
 primit aurarum ante lucano spiritu flatus: qui cū exorto sole per
 manserint euri uenti tenent partes: & ea re quæ ex auris procreatur a
 græcis euros uidetur esse appellatus. Crastinus quoq; dies ppter
 auras matutinas Aurion fertur esse uocitatus. Sunt autem nonnul
 li qui negant Eratosthenem ueram mūsicam orbis terræ colligere.
 Quæ siue est certa siue non uera non potest nostra scriptura non
 ueras hē terminatiōes regionū Vnde uentorum spiritus oriuntur.
 Ergo si ita est tātum
 erit uti nō certam mē
 sure ratiōem: sed aut
 maiores impetus aut
 minores habeant sin
 guli uenti. Quoniam
 hæc a nobis sunt bre
 uiter exposita ut faci
 lius intelligantur: uisū
 est mihi in extremo
 uolumie formā siue
 uti græci schemata di
 cunt duo explicare.
 Vnum ita deformatū
 ut appareat unde cer

- Leuconotus
- Altanus
- Libanotus
- Subuelperos
- Argestes
- Ethelæ
- Caurus
- Circius
- Corus
- Thracias
- Gallicus
- Supernas
- Boreas
- Carbas
- Ornithie
- Cecias
- Vulturinus

Euros. Aipos quod
 ab auris procreatio
 Aurion. αὐριον. i.
 cras ab aura dictus

Schema. i. forma



A Boreas

:: mensurā

ti uentorū spiritus orientur. Alterum quemadmodum ab impetu
 eorū aduersis directiōibus uicorū & platearū euitant nocētes flatus
 Erit autem in exequata planitie cētrum ubi est littera. A. Gnomo
 nis aut meridiana umbra ubi est. b. & a. cētro ubi est. A. deducto
 circino ad id signū umbre ubi est. B. circumagat linea rotundati
 onis. reposito aut gnomone ubi ante fuerat expectāda est dum de
 crescat. Faciatq; iterum crescendo partē a meridiana umbre. post
 meridianā tangatq; lineam rotundationis ubi erit lra. c. tunc a sig
 no ubi est. b. & a. signo ubi est. c. circino decussati describat ubi
 erit. d. deinde per decussationē & centrum ubi est. d. perducatur li
 nea ad extremum in qua erūt linea. e. & f. hęc linea erit in dextra
 meridianæ & septemtrionalis regionis: tunc circino totius rotūda
 tionis sumenda est pars. xvi. circiniq; centrum ponendū in meridi
 ana linea: que tangit rotundatiōem ubi est lra. e. & signandū dex
 tra & sinistra ubi erunt lre. g. h. Item in septemtrionali parte centrū
 circini ponendum in rotundationis & septemtrionali linea ubi est
 littera. f. & signandum dextra ac sinistra ubi sunt lre. i. & k. & ab
 g. ad. k. & ab. h. ad. i. per centrum lineæ perducēde. ita q; erit spa
 tium ab. g. ad. h. erit spatium uenti austrī & partis meridianæ. Item
 quod erit spatium ab. i. ad. k. erit septemtrionis. relique partes de
 xtra ac sinistra tres diuidende sunt equaliter quæ sunt ad orientē
 in quibus littere. L. M. & ab occidēte in quibus littere. n. & o. ab
 m. ad. o. & ab. l. ad. n. perducende sunt lineæ decussati & ita erunt
 equaliter uentorum octo spatia in circuitiōem quæ cū ita descrip
 ta erūt in singulis angulis octogoni cū a meridie incipiemus inter
 Eurum & Austrē & Aphricū. H. inter Aphricū & Fauoniū. n. inter
 Fauoniū & Chaurū. o. inter Chaurū & septemtrionem. k. inter septē
 temtrionem & Aquilonem. i. inter Aquilonem & Solanum. L. inter
 Solanum & Eurum. M. ita his confectia inter angulos octogoni:
 gnomon ponatur: & ita dirigant angiportorū diuisiones. xii. diui
 sis angiportis & plateis cōstitutis arearū electio ad oportunitatem
 & usum cōem ciuitatis est explicāda ædibus sacris foro. reliquisq;
 locis cōibus & si erunt mœnia scdm mare ea ubi forū constituat eli
 genda proxime portum. Sin aut mediterraneū in oppido medio.

A Decussatim

R Decussatio

Ac

D

S

S Decussatim

S

De situ ædiū sacrarū in ciuitatibus & extra.
 Edibus uero sacris quorū deorū maxime in tutela ciuitas
 uidet esse & Ioui & Iunoni & Minerue in excellissimo loco
 Vndemœniū maxima pars spōiciat areæ distribuunt.
 Mercurio autē in foro aut etiam uti Iliidi & Serapi in emporio. A
 pollini patiq; libero secundūz theatrum. Herculi in quibus ciui
 tatibus non sunt gymnasia neq; amphiteatra ad circum. Marti ex
 tra urbē sed ad campū. Itēq; ueneri ad portū: id aut hetruscis etiāz
 aruspiciibus disciplinarū scriptis ita est dedicatū. extra mœnū uene
 ris: uulcani: martis sana: ideo collocari: uti nō insuescat i urbe ado
 lescentibus: seu matribus familiarū uenera libido. Vulcaniq; uis e
 moenibus religionibus & sacrificiis euocata a timore incēdiorum
 ædificia uideant liberari. Martis uero diuinitas cum sit extra mœ
 nia dedicata nō erit inter ciues armigera dissensio. Sed ab hostibus
 ea defensa a belli periculo cōseruabit. Item cereri extra urbem loco
 quo nō semp hoies nisi per sacrificiū necesse habeāt adire: cū religi
 one caste factisq; moribus is locus debet tueri. Ceterisq; diis ad sac
 rificiorū rōnes aptæ templis areæ sunt distribuende. De ipsis aut
 ædibus sacris faciēdis & arearū symmetriis in tertio & quarto uolu
 mine reddā rōnes. Quia in secūdo uisum est mihi primū de mate
 riæ copiis: q; in ædificiis sunt parande: quibus sint uirtutibus &
 quæ habeant usum. exponere cōmēsus ædificiorū & ordines & ge
 nera singula symmetriarū peragere & in singulis uoluminibus ex
 plicare.
 L. VICTR. VII. POLLIONIS. DE ARCHITECTURA. LIBER. SECUNDVS.
 Inocrates architectus cogitationibus & solertia fræ
 tus. Quom Allexander rex potiret: pfectus est a
 Macedonia ad exercitum regis: Cupidus cōmenda
 tionis: is e patria a ppinquis & amicis tulit ad pri
 mos ordines & purpuratos lras ut aditus hret faci
 liores: ab eisq; exceptus humane petiit uti q; primū ad Allexandꝛ
 perduceretur. Cum polliciti essent tardiores fuerunt idoneū tps ex

Veneris t. ad portū

Democrates
Alexander

pectantes: itaq; Dinocrates ab his se existimās ludī ab se petit præsidium. fuerat enī amplissimā staturā facie grata formā dignitateq; sūma. His igitur nature muneribus confusus uestimenta posuit in hospitio: & oleo corpus perunxit: caputq; coronauit populea frō/de. Leuum humerū pelle læonina texit. dextraq; clauā tenens inces sit contra tribunal regis ius dicentis. Nouitas populū cum aduertisset: cōspexit eum. Alexander: admirans iussit ei locū dari ut accederet. Interrogauitq; quis esset. At ille Dinocrates inq; architectus Macedo. Qui ad te cogitationes & formas affero dignas tua claritate. Namq; Athon montē formaui in staturā uirilīs figurā cuius manu leua designauit ciuitatis amplissimā moenia: dextera paterā quæ exciperet oīum fluminū quæ sunt in eo monte aquā: ut inde in mare profunderet. Delectatus Alexander ratione formæ statim q̄siuit si essent agri circa qui possēt frumētaria rōne eam ciuitatem tueri. Cum inuenisset non posse nisi transmarinis subuectionibus Dinocrates inquit attendo egregiā formæ compositionē: & ea delector. sed aiaduerto ut si quis eduxerit eo loco Coloniā fore ut iudicium eius uituperet: ut enī natus infans sine nutricis lacte nō potest ali: neq; ad uitæ crescentis gradus perducī: sic ciuitas sine agris & eorū fructibus in moenibus affluentibus non potest crescere: nec sine abundantia cibi frequentia habere populūq; sine copia tueri. Itaq; quemadmodū formationē puto pbandā sic iudicio locū im pbandum: teq; uolo esse mecū: q̄ tua opera sum usurus. ex eo Dinocrates a rege nō discessit & in ægyptum est eum persecutus. Ibi Alexander quōm aiaduertisset portū naturaliter tutum emporiū egregiū: campos circa totā ægyptū frumentarios imanis fluminis nili magnas utilitates iussit cum suo noīe ciuitatem Alexandriam constituere. Itaq; Dinocrates a facie dignitateq; corporis cōmendatus ad eam nobilitatē peruenit. Mihi autē Imperator staturā nō tribuit natura: faciem deformauit ætas Valitudo detraxit uires. Itaq; qm̄ ab iis præsiidiis sum desertus. Per auxilium scientiæ: scriptaq; ut spero perueniam ad cōmendationē. Cum autē in primo uolumine de officio architecturæ terminatiōibusq; artis pscripti. Item de moenibus & inter moenia atearū diuisionibus. Insequatur ordo de

Dinocrates

Alexander

Alexander

Dinocrates

Dinocrates

Athos M.

Ciuitas sine agris & eorū fru
ctibus in moenibus affluentibus
non potest crescere

Dinocrates alexandriā
condidit

ædibus sacris & publicis ædificiis. Itemq; priuatis quibus proportionibus & symmetriis debeant esse uti explicent nō putauī anteponendum nisi prius de materiæ copiis: e quibus collatis ædificia structuris & materie rōnibus perficiunt: quas habeant in usu uirtutes exposuissem: quibusq; rerum natura principiis esset temperata dixissē. Sed anteq; naturales res incipiā explicare: de ædificiorū rōnibus: unde initia ceperint: & uti creuerint eorū inuentiones anteponam & insequar ingressus antiquitatis reꝝ naturæ: & eorum qui initia humanitatis & inuentiones perquisitas scriptorū pceptis dedicauerunt Itaq; quēadmodum ab his sum institutus exponā.

De prisorum hominum uita de & initiis humanitatis atq; tectorum & incrementis eorum.

Omines ueteri more ut feræ in siluis & spelūcis & nemoribus nascebant: ciboq; agræstij uescendo uitam exigebāt interea quodā i loco a tempestatibus & uentis densæ crebritatis arbores agitata & inter se teretes ramos ignem excitauerūt & ea flamma uehementer perteriti: qui circa eum locū fuerūt sunt fugati. Postea re quieta propius accedentes cū aiaduertissent comoditatem esse magnam corporibus ad ignis teporem. ligna adiitentes: & ibi cōseruantes alios adducebant: & nutu monstrantes ostēdebant quas haberent ex eo utilitates: in eo hominum congressu cum profundeabantur alitæ spiritu. uoces quotidiana consuetudine uocabula ut obtigerant constituerunt. Deinde significando res sapius in usu ex euentu fati fortuito ceperunt: & ita sermones inter se procreauerunt. Ergo cum propter ignis inuentionem conuentus initio apud homines & concilium & conuictus esset natus & i unum locum plures conuenirent habentes a natura primum pter reliqua aialia ut nō proni sed erecti ambularent: mūdīq; & astrorū magnificentia aspicerent: Item manibus & articulis quā uellēt rem faciliter tractarent: ceperunt in eo coetu alii de fronde facere tecta: alii speluncas fodere sub mōtib;: nōnulli hirundinum nidos & ædificationes earū imitantes de luto & uirgultis facere loca q̄ subirent. tunc obseruātes aliena tecta: & adiitentes suis cogitatiōibus res nouas efficiebant i dies meliora genera casarum. Cū essent autē

Exigebant uita

Ignis q̄modo inuēt

Vocabula q̄modo re
inditaPrima hominū
tecta

homines imitabili dociliq; natura quotidie inuentionibus gloria
 tes: alius alii ostendebat edificior; effectus. & ita exercetes ingenia
 certationibus in dies melioribus iudiciis efficiebantur. Primumq;
 furcis erectis & uirgulis interpositis luto parietes texerunt. alii lu
 teas glebas arefacientes struebāt parietes materia eos integumentan
tes uitandoq; hymbres: & æstus: tegebant harundinibus & frōde
 posteaq; per hybernas tempestates tecta non poterant hymbres su
 stinere fastigia faciētes luto inducto proclinatis tectis stillicidia de
 ducebant. Hæc aut ex his q̄ supra scripta sunt originibus institu
 ta esse possumus sic aiaduere: q̄ ad hunc diem natiōibus exteris
 ex his rebus ædificia cōstituunt: uti Gallia: Hispania: Lusitania
 Aquitania: scandulis robustis aut stramentis: apud nationē Col
 chorum in ponto propter siluarum abundantia arboribus perpe
 tuis planis dextra ac sinistra in terra positis spatio inter eas relicto
 quanto arbor; longitudines patiunt collocantur in extremis par
 tibus ear; supra altera transuersa q̄ circumcludunt mediū spatiū
 habitationis: tunc insuper alternis trabibus ex quatuor partibus
 angulos iugumentantes: & ita parietes arboribus statuētes ad per
 pendiculum uiarū educunt ad altitudinem turres: interuallaq;
 quæ relinquuntur propter crassitudinem materiae schidiis & luto
 obstruunt. Item tecta recidētes ad extremos transra traiciunt gra
 datim contrahentes: ita ex quatuor partibus ad latitudinē educūt
 medio metas quas & fronde & luto tegētes efficiunt barbarico mo
 re testudinata turriū tecta. PHRYGES uero qui cāpestris locis
 sunt habitantes propter inopiam siluar; egētes materia eligunt tu
 mulos naturales eosq; medios fossura detinentes & itinera perfodi
 entes dilatant spatia quantum natura loci patitur. Insuper autem
 stipites inter se religātes metas efficiunt quas harundinibus & lar
mentis tegentes exaggerabāt supra habitatiōes maximos grum
mos e terra: ita hyemes calidissimas: æstates frigidissimas efficiūt
 tector; rationes nonnulli ex ulua palustri componunt tuguria te
 cta: apud cæteras quoq; gētes & nonnulla loca pari similiq; ratiōe
 calar; perficiūtur constitutiōes. Non minus etiā massiliæ aiaduer
 tere possumus sine tegulis subacta cum paleis terra tecta. Athenis

Jugumentantes

Scandulis robustis

Jugumentantes

Schidijs

Phryges quo pacto domos
ædificant

Grummos

Ulua palustris

Tuguria

Massiliæ tecta

quonia
+ macu

+ angulos

// iugumentantes
æxinientes
ß stramentis

areopagi antiquitatis exemplar: ad hoc tps luto tectū. Item in Ca
 pitolio comonefacere pot: & significare mores uetustatis Romuli
 casa: & in arce sacro; stramentis tecta: ita his signis de antiquis in
 uentiōibus ædificior; sic ea fuisse rōcinātes possumus iudicare. cū
 aut quotidie faciēdo tūtiores manus ad ædificādū perfecissēt: & so
 lertia ingenia exercēdo per cōsuetudinē ad artes peruenissēt. Tum
 etiā industria in animis eor; adiecta perfecit: ut qui fuerunt in his
 studiosiores fabros se esse p̄fiterentur. Cū ergo hæc ita fuerint pri
 mo cōstituta & natura non solū sensibus ornauisset gentes quæ ad
 modū reliqua aialia: sed etiā cogitationibus & consiliis armauisset
 gentes & subiecisset cetera aialia sub potestate. tunc uero & fabrica
 tionibus ædificior; gradatim p̄gressi ad ceteras artes & disciplinas
 e fera agrestiq; uita ad mansuetā perduxerunt humanitatē. Tum
 aut instruētes aiose: & p̄spicientes maioribus cogitationibus ex
 uarietate artiū natis non casas sed etiā domos fundatas & lateritiis
 parietibus aut e lapide structas: materiaq; & tegula tecta perficere
 ceperunt. Deinde obseruationibus studio; enagantibus iudiciis
 & incertis ad certas symmetriarum rōnes perduxerūt. Posteaq; aiad
 uerterunt p̄fufos esse partus ab naturæ materia: & abundanter co
 piā ad ædificationes ab ea cōparatam tractando nutrierūt: & au
 ctam per artes ornauerūt uoluptatibus elegantiam uitæ. Item de
 his rebus q̄ sunt in ædificiis ad usum idoneæ: quibusq; sunt qua
 litatibus & quas habeant uirtutes ut potero dicam. Sed si quis de
 ordine huius libri disputare uoluerit: q̄ putauerit eum primū in
 stitui oportuisse ne putet me errauisse: sic reddā rōnem. Cū corpus
 architecturæ scriberem primo uolumine putauī quibus eruditōe
 bus: & disciplinis esset ornata exponere: finireq; terminationibus
 eius spēs & e quibus rebus esset nata dicere. Itaq; qd oporteat esse ī
 architecto ibi p̄nuntiaui. Ergo in primo de artis officio in hoc de
 naturalibus materiae rebus quæ habeant usum disputabo. Namq;
 hic liber non profitetur unde architectura nascat: sed unde origi
 nes ædificior; sunt institute: & quibus rōnibus enutritæ & p̄gres
 se sunt gradatim ad hanc finitiōnē. ergo ita suo ordinæ & loco hu
 ius erit uoluminis constitutiō: NVNC reuertar ad propositum
 & de copiis q̄ apte sunt ædificior; p̄fectiōibus quæadmodū indicā
 tur esse a natura rerū procreatæ: quibusq; mixtiōibus principiorū

Areopagus luto tect

Romuli
Romuli casa in ca
tolio

Armauisset

Lateritijs parietes

Finitione

cōgressus temperent: nec obscura: sed ut perspicua legentibus sint rōcinabor. Nāq; nulla materiae genera: nec corpora: nec res sine p̄cipioꝝ coetu nasci nec subici intellectui p̄nt. neq; aliter natura reꝝ p̄ceptis physicoꝝ ueras patit h̄re explicatiōes: nisi cause q̄ insunt i his rebus quēadmodū & qd ita sint subibus rōnibus habeāt de mōstratiōes.

- Thales
- Herachity
- Democrity
- Epicurus
- Pythagore

De principiis reꝝ scdm p̄horū opiniōes. Hales quidē primū aquā putauit oīum reꝝ esse principiū Heracitus ephesius qui p̄pter obscuritatē scriptoꝝ a græcis Scotinos est appellatus ignem; Democritus quiq; eū secutus est. Epicurus Atomos quos n̄ri insēcabilia corpora: non nulli idiuūdua uocitauerunt. Pythagoroꝝ uero disciplina adiecit ad aquā & ignē aera & terrenū. Ergo Democritus & si nō proprie res noīauit: sed tm̄ indiuūdua corpora p̄posuit. Ideo ea ip̄a dixisse uī deē q̄ ea cū sint diuūcta nec legunt̄ nec intentionē recipiūt: nec se ctionibus diuidunt̄: sed sempiterno x̄uo p̄petuo infinitā retinent in se soliditatē. Ex his ergo cōgruētibus cū res oēs coire nasciq; uī deant̄: & he infinitis generibus reꝝ natura nō essent disparate pu tauī oportere de uarietatibus & discriminibus usus eaȳ q̄sq; h̄rent in ædificiis q̄litates exponere: uti cū fuerint note nō habeāt q̄ ædī ficare cogitāt errorē. Sed aptas ad usum copias ædificiis cōparent.

De lateribus.

Itaq; primū de lateribus q̄ de terra eos duci oporteat dicā. Nō enī de arenoso: neq; calculoso: neq; sabuloso luto sūt ducendi. Qd̄ ex his generibus cū sint ducti primū fiunt ḡues. Deīde cū ab h̄mbribus i parietibus spargunt̄: dilabunt̄ & dissoluunt̄. Paleæq; in his nō coherescūt: p̄pter asperitatē. Faciēdi aut̄ sūt ex terra albida cretosa siue de rubrica aut etiā masculo sabulone. Hec enī genera p̄pter leuitatē h̄nt firmitatē & nō sunt in op̄e pōderosa. & faciliter aggerātur. Ducēdi aut̄ sunt p̄ uernū t̄ps & autūnale ut uno t̄pe siccescāt. Qui enī per solstitiū parātur ideo uitioli fiūt: q̄ summū cōꝝ sol acriter quom̄ percoq; efficit ut uideat̄ aridū: Interior aut̄ sit non siccus. & cū postea siccescēdo se cōtrahunt̄ prumpit̄ ea q̄ erant arida. ita rimoli facti efficiūtur imbecilles. maxime aut̄ utiliores erūt: si añ bienniū fuerit ducti: nanq; nō añ p̄nt penitus siccescere. Itaq; cū recētes & non aridi sunt strūcti tectorio inducto rigidōq; ob solidati permanēt ipsi sedētes nō p̄nt eandē al

coriū

A cotinos dicty
F herachitus ob
scriptoꝝ ob
curitate

Arenosu
Calculosu
Sabulosu
Lutu

Albida terra
Cretosa terra
Rubrica
Sabulo masculus
Coriū sumū .i. superficies

Tectoriū inductū

titudinē q̄ est tectorꝝ tenere. Cōtractiōeq; moti nō h̄rēt cū eo. Sed a cōiunctiōe eius disparātur. igit̄ tectoria obstructura seiūcta propter tenuitatē qui se stare nō p̄nt: sed frangūtur: ipsiq; parietes fortuito sedētes uitiant̄: Ideoq; etiā Vticēses latere si sit aridus & ante quinquēniū ductus cū arbitrio magistratus fuerit ita p̄batus tūc utuntur in parietū structuris siunt aut̄ lateꝝ genera tria. Vnq; qd̄ græce appellat̄ Lichium id est quo nostri utunt̄ longū sesquipedē latū pede. ceteris duobus græcorum ædificia struūtur: ex his unū Pentadoron: alterū Tetradoron dicitur. Doron aut̄ græci appellāt palmū: qd̄ muney datio græce doron appellatur. Id aut̄ semp̄ gerit̄ tur per manus palmū. ita q̄ est quoquouersus quinq; palmorum Pentadoron q̄ quatuor Tetradoron dicitur. & que sunt publica opera Pentadoro q̄ priuata retradoro struuntur: siunt cū his lateribus semilateria q̄ cū struūtur una parte lateribus ordines altera semilateres ponunt̄. ergo ex utraq; pte ad lineā cū cōstruūt̄ alternis choris parietes alligātur. & medii lateres supra coagmēta collocati & firmitatē & sp̄em faciūt utraq; pte nō inuenustā Est aut̄ in hispania ulteriore ciuitas maxia & i galliis & i asia. itaq; ubi lateres sūt ducti & arefacti p̄iecti natant in aq̄. Natate aut̄ eos posse ideo uī deē: q̄ terra est de qua ducūtur pumicosa. ita cum est leuis aere solidata non recipit̄ in se: nec cōbibit liquorē. Igitur leui raraq; cū sit p̄prietate nō patitur penetrare in corpus humidū potestatē: quo cūq; pōdere fuerit cogitur a reꝝ natura quēadmodū pumex uti ab aq̄ sustineatur: sic aut̄ magnas h̄nt utilitates: q̄ neq; in ædificatiōibus sunt onerosi & cū ducuntur a tēpestatibus non dissoluuntur. N̄ cementitiis aut̄ structuris primū est De Arena. de arena querēdū ut ea sit idonea ad materiem miscēdam neq; habeat terrā cōmixtā. Genera aut̄ arene fossitiæ sunt hec: nigra: cana: rubra: carbunculus: Ex his q̄ in manu cōfricata: fecerit stridorē optia erit. q̄ aut̄ terrosa fuerit nō habebit asperitatē Itē si in uestimentū candidum ea coniecta fuerit postea excussa uel icta id nō inquinari: neq; ibi terra subiderit erit idonea. Sin aut̄ nō erūt arenaria unde fodiant̄: tū de fluminibus aut e glareā erit excerpēda. nō minus etiā de litor̄ marino: sed ea i structuris hec h̄nt uitia: difficulter siccescit. neq; onerari se cōtinēter pariet̄ patitur nisi i termistiōibus req̄escat. neq; cōcemeratiōes recipit. Marina aut̄ hoc

Disposoy
α calentiū
+ massilia
A pitane

disparantur

Vticensū mos

Didoro

Pentadoro

Tetradoro

Doro .i. palmus
& cur sic dicatur

Semilateria

Semilateres

Coriis

Calentiū

Massilia

Pitane

Cementitiis structis

Arene fossitiæ ḡn̄

Nigra

Cana

Rubra

Carbunculus

Terrosa

Arenaria .oru

Glarea

Concemerationes

amplius q̄ etiā parietes cū in his tectoria facta fuerint remittentes
 saluginem eorū dissoluunt. Fossitij uero celeriter in structuris sic
 cescunt: & tectoria permanent: & cōcamerationes patiunt. Sed hęc
 q̄ sunt de harenariis recentes. Si enī exemptę diutius iacent ab sole
 luna & pruina cōcocte resoluunt: & fiunt terrosita cū in structu
 ram coniciunt non p̄nt continere cementa: sed ruunt & labunt ur
 Oneraq; parietes non possunt sustinere: recentes aut fossitie cum in
structuris tantas habeāt uirtutes he in tectoriis ideo non sunt uti
les q̄ pinguitudini eius calx palea cōmixta propter uehementiam
non potest sine rimis inarescere. Fluuatica uero propter macritatē[†]
 subactionibus in tectorio recipit soliditatē. De calce.
 E harenę copii cū habeat explicatū. Tū etiā de calce dil
 gentia est adhibenda uti de albo saxo aut silice coquat:
 & q̄ erit ex spisso & duriore erit utilis in structura. q̄ aut
 ex fistuloso in tectoriis cū ea erit extincta tunc materia ita misceat
 ut si erit fossitia tres harenę in una calcis infundant: si aut fluuia
 tica aut marina duę harenę in unā calcis coiciant. ita enim erit iu
 sta ratio mixtionis temperaturę etiam in fluuatica aut marina: si
 quis testam tūsam & succretam ex tertia parte adiecerit efficiet ma
 terię temperaturā ad usum meliorē. Quare aut cum recipit aquaz
 & harenam calx tunc confirmat structurā: hec esse causa uidet: q̄
 e principiis ut cetera corpora ita & saxa sunt temperata: & q̄ plus
 hnt aeris sunt tenera: q̄ aque lenta sunt ab humo: q̄ terrę dura: q̄
 ignis fragiliora. Itaq; ex his saxa si anteq̄ coquant cōcussa minute
 mixta arenę coiciant in structurā nec solidescunt nec eam pote
 runt continere. Cum uero coniecta in fornacem ignis uehemēti fer
 uore correpta amiserint pristine soliditatis uirtutem: tunc exustis
 atq; exhaustis eorū uiribus relinquunt patētibus foraminibus & i
 anibus. Ergo liquor qui est in eius lapidis corpore: & aer cū exustus
 & ereptus fuerit habueritq; in se residuum calorē latentē intinctus
 in aqua priusq̄ exigui uim recipit humorē penetrāte in foraminū
 raritates conferuiscit: & ita refrigeratus reicit ex calcis corpore fer
 uorem. Ideoq; autem quo pōdere saxa coniciuntur in fornacem cū
 eximunt non p̄nt ad id respōdere. Sed cū expenduntur ea magnitu
 dine permanente: excocto liquoꝝ circiter tertia parte pōderis immi
 nuta esse inueniuntur. Igitur cum patēt foramina eorum & rarita

† uti signimū bacil
 lorū

Terrosę
 Cementa
 A) Structurę
 F) Tectoria
 Calx palea commixta
 Fluuatica
 Macritas
 Signimū

Testa tūsa & succreta

tes arenę mixtionem in se corripit: & ita coherescūt siccescendog
 cum cementis coheunt & efficiunt structurarum soliditatem.
 De puluere puteolano.
 St etiam genus pulueris quod efficit naturaliter res admī
 randas: nascitur in regionibus baianis in agris municipi
 orum: que sunt circa uestuuium montē: quod cōmixtum
 cum calce & cemento: non modo ceteris edificiis p̄stat firmitatem.
 Sed etiam moles q̄ construuntur in mari sub aqua solidescūt. hoc
 aut fieri hac rōne uidetur: quod sub his montibus & terrę feruen
 tes sunt, & fontes crebri: qui nō essent si nō in imo haberēt aut de
 sulfure: aut alumine: aut bitumine: ardentis maximos ignes. igit
 penitus ignis aut flāme uapor per interuenia permanans & ardes
 efficit leuem eam terram: & ibi qd nascitur tophus exuggēs &
 sine liquore. ergo cū tres res cōsimili rōne ignis uehementia forma
 te in unā peruenerunt mixtionē repente recepto liquore una cohe
 rescunt: & celeriter humore durate solidant. Neq; eas fluctus neq;
 uis aquę pōt dissoluere. Ardores autē esse his in locis etiā hac res
 potest indicare: q̄ in montibus Cumanorū baianis sunt loca suda
 tiōibus excauata: in quibus uapor feruidus ab imo nascens ignis
 uehemētia perforat eam terrā. per eamq; manādo feruidus ab imo
 nascēs in his locis oritur: & ita sudationū egregias efficit utilitates
 Non minus etiā memorantur antiquitus creuisse ardores & abun
 dauisse sub uestuuiō monte: & inde euomuisse circa agros flammā.
 Ideo nunc q̄ spongia siue pumex pompeianus uocat excocto alio
 genere lapidis in hanc redactus esse uidetur generis qualitatem. id
 aut genus spongie qd inde eximit nō in oibus locis nascitur nisi
 circū ætnā: & collibus mysie: q̄ a græcis catacecaumēnoe nominat
 & liquę eiusmodi sunt locorum proprietates. Si ergo in his locis
 aquarum feruentes inueniuntur fontes. & in p̄m̄ibus excauatis
 calidi uapores: ipsaq; loca ab antiquis memorantur peruagantes
 in agris habuisse ardores. Videtur esse certum ab ignis uehemen
 tia & topho terraque quemadmodum i fornacibus & calceita ex
 his ereptum esse liquore. Igitur dissimilibus & disparibus rebus
 correptis & in unam potestatem collatis: calida humoris ieiunitas

Cementis

Puluis puteolan)
 Baianz regiones
 Cemento

Vesuuij incēdij origi

Interuenia
 Exuggens

Cumani montes
 Baiani montes

Vesuuij incendia

Spongia
 Pumex } Pompeian

Aetne Spongie
 Mysie colles noie
 Catacecaumēnoe

Ieiunitas

Defideratio

Hetruriae ex aqua calida
crebri fontes

Sabulosa

A) Terrosa

F) Glareosa

A) Arenosa

Apeninus M.

Arenaria fossilia

Disparata

Carbunculus

Tophus

Carbunculus

Lapidine

Quadrata saxa

Cementa

Pallenses

Fidenates

Albanae

Tyburinae

Amiterninae

Soraetinae

Tophus diuersi generis

aqua repente satiata comunibus corpibus latentis calore conferuescit & uehementer efficit ea coire: celeriterque una soliditatis percipere uirtute. Relinquitur desideratio: quoniam ita sunt in hetruria ex aqua calida crebri fontes: Quid ita non etiam ibi nascitur puluis e quo eadem ratione sub aqua structura solidescat. itaque uisum est antequam desideraretur de his rebus quemadmodum esse uideantur exponere. Oibus locis & regionibus non eadem genera terrarum: nec lapides nascuntur: sed nonnulla sunt terrosa, alia sabulosa. Itemque glareosa aliis locis harenosa non minus materia: & omnino dissimili disparique genere in regionum uarietatibus qualitates insunt in terra. maxime autem id licet considerare quod mons apenninus regionis italicae etruriaeque circumcingit prope in oibus locis non desunt fossilia harenaria: trans apenninum uero quae pars est ad adriaticum mare nulla inueniuntur. Item achaia: alia omnino transmare nec nominantur quidem. Igitur non in oibus locis quibus effluent aquae calidae crebri fontes eadem oportunitates possunt similiter concurrere: sed omnia uti natura rerum constituit: non ad uoluntatem hominum sed fortuito disparata procreantur. Ergo quibus locis non sunt terrosi motus: sed genere materiae ignis uis per eius uenas egredientes adurit eam: quod est molle & tenax exurit: Quod autem asperum relinquit. itaque uti in Campania exulta terra: cinis: sic in etruuria excocta materia efficit carbunculus. Vtraque autem sunt egregia in structuris. sed alia in terrenis edificiis. alia etiam in maritimis molibus habent uirtutem. Est autem materiae potestas mollior quam tophus solidiorque terra: quo penitus ab imo uehementia uaporis adusto nonnullis locis procreatur id genus harenarum quod dicitur carbunculus.

De lapidinis.

Ex calce & arena quibus uarietatibus sint & quas habeant uirtutes dixi. Sequitur ordo de lapidinis explicare. de quibus & quadrata saxa & cemento eximuntur copiae & comparantur. Haec autem inueniuntur esse disparibus & dissimilibus uirtutibus. Sunt. n. aliae molles: ut sunt circa urbem rubrae: pallenses: fidenates: albanae salie tpatae uti tyburinae: amiterninae: soraetinae & quae sunt his generibus. nonnullae durae: ut siliceae. Sunt etiam alia genera plura uti in Campania: rubrae: & nigrae: tophus In umbria & pi-

ceno & uenetia albae: quod etiam ferra dentata uti lignum secat sed hec omnia quae mollia sunt hanc habent utilitatem: quod ex his saxa cum sint exempta in opere facillime tractantur. & si sint in locis tectis sustineant laborem. Si autem in apertis & patentibus gelicidiis & pruinis congesta fricantur & dissoluntur. Item secundum oras maritimas ab salugine ex ea defluunt: neque proferunt aestus. Tyburtina uero & quae eodem genere sunt omnia sufferunt & ab oneribus & tempestatibus iniurias. Sed ab igni non possunt esse tuta. Simulque ut sunt ab eo tacta dissipantur & dissipantur: Ideoque temperatura naturali paruo sunt humorum. Item quod non multum habent terreni: sed aeris: plurimum & ignis. Igitur cum & humor terrenum in his minus inest. tum etiam ignis actu & ui uaporis ex his aere fugato penitus insequens inter uentorum uacuitates occupans seruescit: & efficit a suis ardentia corporibus similia. Sunt uero item lapidinis complures in finibus Tarquiniensium quae dicuntur Anitianae coloris quemadmodum albanae. quorum officinae maximae sunt circa lacum Vulturnensem. Item praefectura statonensis. hec autem habent infinitas uirtutes: neque enim gelicidiorum tempestas neque tactus ignis potest nocere. Sed est firma & ad uetustatem ideo permanens quod parum habet e naturae mixtionis aeris & ignis humoris aut temperate: plurimumque terreni: ita spissis comparationibus solidata. neque a tempestatibus neque ab ignis uehementia nocetur. Id autem maxime iudicari licet e monumentis quae sunt circa municipium ferentis ex his facta lapidinis: namque habent statuas amplas factas egregie: & minora sigilla floresque & achantos eleganter sculptos: quae cum sint uetusta sic apparent recentia uti si sint modo facta. non minus etiam fabri aetarii de his lapidinis in aeris flatura formas habent comparatas. ex his ad aes fundendum maximas utilitates: quae si prope urbem essent dignum esset ut ex his officinis omnia opera efficerentur. Cum ergo propter propinquitatem necessitas cogat ex rubris lapidinis & palliensibus & quae sunt urbi proximae copias uti. Si qui uoluerint sine uitio perficere ita erit preparandum cum aedificandum fuerit ante biennium ea saxa non hieme sed estate eximantur: & iacentia permaneant in locis patentibus: quae autem a tempestatibus eo biennio facta: lesa fuerunt ea in fundamenta coittantur. caetera quae non erunt uiciata a natura rerum probata

Lexesa

Serra dentata

Gelicidijs

Friantur

Interueniunt

Tarquinienses

Anitiana lapidinis

Vulturnensis lacus

Statonensis praefectura

Etura

Gelicidiorum

Ferentis municipium

Sigilla minora

Flores

Acanthi

Flatura aeris. und

Flare pecunia apud

cicerone. notanda

Aes fundere

Rubra lapidinis

Pallenses

- Lapides quadrati
- Cementitiz structurz
- Reticulatum
- Incertum
- Cubilia
- Coagmenta
- Cementa incerta
- Imbricata
- Cementorum raritate
- Cementa
- Exulta
- Exulta
- Coagmetorum
- Orthostatas
- Rubrum saxu quadratu
- Testa
- Silices ordinarij
- Anse ferroz
- Plumbu
- Cubilia
- Coagmeta
- Orthostatz
- Corijs
- Isodomu
- Pseudisodomu
- Coria

durare poterunt supra terram ædificata: nec solum ea in quadratis lapidibus sunt obseruanda sed etiam in cementitiis structuris.

De generibus structuræ & earum qualitatibus modis ac locis.

Structuræ genera sunt hæc Reticulatum quo nunc oēs utuntur & antiquum quod incertum dicitur. Ex his uenustius est reticulatum sed ad rimas faciendas ideo paratum. quod in oēs partes dissoluta habet cubilia & coagmenta. Incerta uero cementa alia super alia sedentia inter se imbricata non speciosa sed firmiora quam reticulata præstant structuram utraq; autem ex minutissimis sunt instruenda uti materia ex calce & harena crebriter parietes satiati diutius contineant. uolli enim & rara potestate cum sint exsiccant surgendo e materia succum. Cum autem superarit & abundarit copia calcis & harenæ paries plus huius humoris non cito fiet euanius sed ab his contineat. Simul autem humida potestas e materia per cementorum raritatem fuerit exulta calx quæ ab arena discedat & dissoluatur. Item cementa non possunt cum his coherescere: sed in uetustate parietes efficiunt ruinosos. Id autem licet aduertere etiam de nonnullis monumentis quæ circa urbem facta sunt e marmore seu lapidibus quadratis intrinsecusque medio calcata structuris uetustate euaniida facta materia cementorum extructa raritate prouunt & coagmentorum a ruina dissolutis iuncturis dissipant. Quod si quis noluerit in id uitium incidere medio cauo seruato secundum orthostatas intrinsecus ex rubro saxo quadrato aut ex testa aut silicibus ordinariis struat bipedales parietes & cum his anis ferreis & plumbo frontes iuncte sunt. ita enim non aceruatim sed ordine structum opus poterit esse sine uitio sempiternum: quod cubilia & coagmenta eorum inter se sedentia & iuncturis alligata non protrudent opus: neque orthostatas inter se religatos labi patiuntur. Itaque non est conuenienda græcorum structura: non enim utuntur e molli cemento polita: sed cum discesserint a quadrato ponunt de silice seu de lapide duro: ordinaria: & ita (uti lateritia struunt) alligant eorum alternis coriis coagmeta: & sic maxime ad æternitatem firmas efficiunt uirtutes. Hæc autem duobus generibus struunt: ex his unum isodomium: alterum pseudisodomium appellatur. Isodomium dicitur cum omnia coria equa crassitudine fuerint structa. Pseudisodomium cum impares & inequa

exulta. tu

les ordies choriorum diriguntur. ea utraq; sunt ideo firma. Primum quod ipsa cementa sunt spissa & solida proprietate: neque de materia possunt exugere liquorē. Sed conseruant ea in suo humore ad summam uetustatem. Ipsaq; eorum cubilia primum plana & librata posita non patiuntur ruere materiam. Sed perpetua parietum crassitudine religata continent ad summam uetustatem. altera est quam emplecton appellant quam etiam nostri rustici utuntur. quorum frontes poliunt. Reliqua ita nata sunt cum materia collocata alternis alligant coagmentis. Sed nostri celeritati studentes erecta collocantes frontibus seruiunt & in medio faciunt factis sepatim cum materia cementis. Itaque tres suscipiuntur in ea structura crustæ: due frontium & una media facture. Græci uero non ita sed plana collocantes: & longitudines eorum alternis in crassitudine instruunt non media faciunt: sed e suis frontatis perpetua & in unam crassitudinem parietum consolidant. Præterea interponunt singulos perpetua crassitudie utraq; parte frontatos quos diatonos appellant: qui maxime religando confirmant parietum soliditatem. Itaque si quis uoluerit ex his commentariis aduertere & eligere genus structure perpetuitatis poterit rationem habere. Non enim quæ sunt e molli cemento subtili facie uenustatis: Non hæc possunt esse in uetustate non ruinosæ. Itaque cum arbitrio corium parietum sumunt non existimant eos quanti facti fuerint: sed cum ex tabulis inueniunt eorum locationes precia preteritorum annorum singulorum deducunt: octogelimas & ita ex reliqua summa parte reddi pro his parietibus sententiam pronuntiant eos non posse plusquam annos. lxxx. durare De lateritiis uero dummodo ad perpendicularum sint stantes nihil deducitur. Sed quanti fuerint olim facti tanti esse semper existimant. Itaque nonnullis ciuitatibus & publica opera & priuatas domos etiam regias e latere structas licet uideat: & primum Athenis murum qui spectant ad hymetum montem & pentelensem. Item parietes in æde iouis & herculis lateritias cellas cum circa lapidea in æde epistilia sint & columnæ. in italia Arctio uetustum egregie factum mure Trallibus domus regibus attalicis facta: quæ ad habitandum semper decet qui ciuitatis gerit sacerdotium. Item Lacedemone e quibusdam parietibus etiam picture excise intersectis lateribus incluse sunt in ligneis

// coria locantes

+ iubent

^

+ coagmetis

// præter cetera

Cubilia

Emplectos

Coria

Cementis fractis

Crustæ

Frontatis

Frontatos

Diatomi

Lateritij parietes
de publicis & priuatis
opibus lateritij

Hymetus .M.

Pentelensis .M.

Celle lateritij

Arctiu .V.

Tralles .V.

Sardiani
 Gerusia
 Alicarnassus
 Proconnesu marmor
 Mylasis natus mausolus
 Præcinctio
 Mausolus in quibus parte locatu
 Acrolithos colossus
 Statuarij
 De Salmacidis fonte pulchra
 Melas
 Areuaniac
 Allectabat

Varro
 Murena
 Croesus
 Mausolus

formis & in comitiu ad ornatum ædilitatis Varronis & murenæ fuerunt allate. Chæsi domus: quam sardiani ciuibus ad quiete dum ætatis ocio senioꝝ collegio Gerusiam dedicauerunt. Item alicarnassi potētissimi Regis Mausoli domus cum proconessio marmore oia haberet ornata parietes habet latere structos: qui ad hoc tempus egregiam præstant firmitatē. ita tectoris operibus expoliti ut uitri perluciditatē uideantur habere. Neq; is Rex ab inopia id fecit. In finitibus enim uectigalibus erat factus q̄ imperabat caritæ toti. Acumen aut̄ eius & solertiam ad ædificia paranda sic licet cōsiderare. Cum esset. n. natus Milalis & alicarnasso locū naturaliter munitū: emporiūq; idoneū, portum utile, ibi sibi domum constituit. Is aut̄ locus est theatri curuaturæ similis. Itaq; in imo secundū portum forum est constitutū. Per mediam aut̄ altitudinis curuaturā: præcinctioq; platea ampla latitudine facta. In qua media Mausoleum ita egregiis operibus est factū ut in septē spectaculis nominet̄. In summa arce media martis fanum habens statuam colossi: quam Acrolithon nobili manu thelocaris factā dicit. Hanc autem statuam alii thelocaris: alii thimothei putant esse. In cornu autē summo dextro Veneris & Mercurii fanum ad ipm Salmacidis fontem. Fons Salmacis. S autem falsa opinione putatur uenereo morbo implicare eos qui ex eo biberint. Sed hec opinio quare per orbē terrarū sit peruagata nō pigebit exponere. Non enī quod dicit̄ molles & impudicos ex ea aq̄ fieri id potest esse. Sed est eius fontis potestas perlucida. Saporq; eius egregius. Cū aut̄ Melas & Areuaniac ab argis & troezen coloniā cōem eo loci deduxerūt barbaros Caras & Lelegal eiecerūt. hi aut̄ ad mōtes fugati iter se cōgregati discurrebāt & ibi latrocinia faciētē crudelit̄ eos uastabāt. Postea de colonis unus ad eū fontē ppter bonitatē aq̄ q̄stus eā tabernā oibus copiis instruxit. eamq; exercēdo eos barbaros allectabat ita singulati decurrētē & ad cætus cōueniētē e duro ferocq; morse cōmutati ī grecoꝝ cōsuetudinē etq; suauitatē sua uolūtate reducebant. ergo ea aq̄ nō ipudico morbi uitio sed hūanitatē dulcedie mollitis animis barbaroꝝ eam famā est adeptā. reliquit̄ nūc. Qm̄

ad explicationē moeniū eoz̄ sum inuectus tota uti sunt diffiniam. Quæadmodū enim in dextra parte phanū est ueneris & fons supra scriptus: ita in sinistro cornu regia domus quā rex Mausolus ad suam rōnem collocauit. Conspicitur enī ex ea ad dextrā partē fori & portus mæniūq; tota finitio sub sinistra secretus sub montibus latens portus ita ut nemo posset qui in eo gerat̄ aspiceret nec scire ut rex ipse de sua domo remigibus & militibus sine ullo sciente q̄ opus essent spectaret. Itaq; post mortē Mausoli Artemisia uxore eius regnante: Rhodii indignatē mulierē imperare ciuitatibus carie totius armata classe pfecti sunt ut id regnū occuparent. Tum Artemisie cum esset id renunciatū in eo portu abstrusam classem celatis remigibus & epibatis cōparatis. reliquos aut̄ ciues in muro esse iussit. Quom̄ antē Rhodii ornata classe in portū maiore expo suisset plausum iussit ex muro his darēt; polliceriq; se oppidū tradituros. Qui cum penetrauisset intra murū relictis nauibus. inani bus Artemisia repete fossa facta in pelagus eduxit classem ex portu minore & ita inuecta est in maiorem. Expositis autē militibus classem Rhodioꝝ inanem abduxit in altū. Ita Rhodii non hñtes quo se reciperēt: in medio cōclusi in ipso foro sunt trucidati. Ita Artemisia ī nauibus Rhodioꝝ: suis militibus & remigibus impositis Rhodū est profecta. Rhodii aut̄ cum pspexissent suas naues laureatas uenire opinatē ciues uictores reuerti hostes receperunt: tunc Artemisia Rhodo capta: principibus occisis tropheū in urbe Rhodo sue uictorie constituit: Aeneasq; duas statuas fecit: unā Rhodioꝝ ciuitatis: alterā suam imaginis & ista figurauit Rhodiorum ciuitati stigmata imponentē. Postea aut̄ Rhodii religione impediti q̄ nefas est trophea dedicata remoueri circa eum locū ædificium extruxerunt & id erecta graia statiōe texerunt ne quis posset aspiceret. & id abacton uocitari iusserūt. Cū ergo tam magna potētia regis non cōtempserit lateritiorū parietū structuras: quibus & uectigalibus & predā sepius licitū fuerat non modo cemetitio aut q̄drato saxo: sed etiā marmoreo habere: non puto oportere improbare q̄ lateritia sunt structura facta ædificia dummodo recte sint pfecta: sed id genus quid ita a .P.R. in urbe fieri nō oporteat expo

Mausolus
 Finitio
 Artemisia
 Epibate
 Artemisig facinu memoratu digni
 Abato .i. maccessilem locū
 Cementitium
 Quadratum
 Sax

Nauis laureate

nam queq; sunt eius rei cause & rones non pretermittam.

De crassitudine parietum & de lateritiis.

Eges publicæ nō patiunt maiores crassitudines q̄ selqui pedales cōstitui loco cōi. Ceteri aut parietes ne spatia angustiora fieret eadē crassitudine collocant. Lateritii uero nisi diplinthii aut triplinthii fuerint selquipedali crassitudine nō pnt plus una sustinere contignationē. In ea aut maiestate urbis & ciuiū infinita frequentia. innumerabiles habitatiōes opus est explicare. Ergo cum recipere nō posset area plana tantā multitudinem ad habitandū in urbe ad auxiliū altitudinis ædificiorū res ipa cogit deuenire. Itaq; pilis lapideis structuris testaceis parietibus cermētitiis altitudines extructæ cōtignatiōibus crebris coxatæ cenaculorū ad sūmas utilitates perficiunt despectiōes. ergo moenibus et cōtignatiōibus uariis alto spatio multiplicatis. P. R. ægregias habet sine impeditione habitatiōes. Qm ergo explicata ratio est qd ita in urbe ppter necessitatē angustiarū non patiunt esse lateritios parietes. Quom extra urbem opus erit his uti sine uitiiis ad uetustate sic erit faciendū: Sūmis parietibus structura testacea sub tegula subiiciat altitudine circiter selquipedali habeatq; plecturas coronarū sita uitari poterūt q̄ solent in his fieri uitia. Cū enī in tecto tegule fuerint fracte aut a uentis deiecte: qua possit ex hymbribus aqua pluere non patiet lorica testacea ledi laterē: sed proiectura coronarū reiciet extra perpendiculum stillas: & ea rōne seruauerit integras lateritiorū parietum structurās. De ipsa aut testa si sit optia seu uitiosa ad structurā statim nemo pōt iudicare: q̄ in tempestatibus & æstate in tecto cum est collocata tunc si firma est probabit. Nam que non fuerit ex creta bona aut parum erit cocta ibi se ostēdit esse uitiosam gelicidiis & pruina tacta: ergo q̄ non in tectis poterit pati laborē ea non potest in structura oneri ferendo esse firma. Quare maxime ex ueteribus tegulis tecta structa parietes firmitatem poterūt habere. Cratitii uero uelim quidem ne inuenti essent. Quantū enim celeritate & loci laxamēto profunt tanto maiori & cōi sunt calamitati: q̄ ad incendia uti faces sunt parati. Itaq; satius esse uidet impensa testaceorū in sumptu: q̄ cōpendio cratitiorū esse

et despectationes

+ moeniamis

Diplinthii
Triplinthii > Parietes

Area plana

Pilis lapideis

Testaceæ structuræ

Cementitij parietes

Coxatæ

Impeditione

Testacea structura

Coronarū plecturæ

Testacea lorica

Proiectura coronarū

De Testa aduerte

Cratitij parietes

in periculo: etiā qui in tectoriis opibus rimas in iis faciunt arectoriorū & transuersariorū dispositione. Cum enim liniunt recipiētes humore turgelcunt: deinde siccescendo contrahunt: & ita extenuati disrumpunt tectoriorū soliditatem. Sed qm nonnullos celeritas aut inopia aut impendentī loco disseptio cogit sic erit faciendū. Solū substruatur ut sit intactū abrudere & pauimento: obruta enim in his cum sunt uetustate marcidā. fiunt deinde subsidentia pcl nantur & disrumpūt spēm tectoriorū. De parietibus & apparatione generatim materie eorum quibus sint uirtutibus & uiciis quēadmodum potui exposui. De contignationibus autē & copiis earū, quibus comparantur & ad uetustatem non sint infirmē uti natura rerū monstrat explicabo. De Materie cedenda

Ateries cedenda est a primo autumno ad tēpus quod erit anteq̄ flare incipiat Fauonius. Vere enim oēs arbores fiūt pregnantes: & oīs sue pprietatis uirtutē efferunt in frondes annuerialiōq; fructus. Cum ergo inanes & humide tempore necessitate carū fuerint uanæfiunt & raritatibus imbecille: uti etiā corpora muliebria cum conceperint a foetu a partu non iudicantur integra: neq; in uenalibus ea cum sint pregnantia pstant sana ideo q̄ in corpore prelematio crescens ex omnibus cibi potestati bus detrahit alimentum in se & quo firmior efficitur ad maturitatem partus eo minus patitur esse solidum id ex quo ipm procreat. Itaq; edito foetu quod prius in aliud genus incrementi detrahebat cum ad disparationē procreationis est liberatum inanibus & patētibus uenis in se recipit & lambendo succū etiā solidescit: & redit i pristinam naturæ firmitatem: Eadem ratione autumnali tempore maturitate fructuum flaccescente fronde & terra recipientes radices arborū in se succū: recuperantur & restitunt in antiquā soliditatē at uero aeris hyberni uis comprimit & consolidat eas per id ut supra scriptū est tps. ergo si ea rōne & eo tēpore qd supra scriptū est cedit materies erit tempestiua. CEDI aut ita oportet ut inuidatur arboris crassitudo ad mediā medullā: & relinquat uti per eam sic ceseat stillando succus ita qui inest in his subtilis liquor effluens per torculum non patietur emori in eo sanē: nec corrumpi materie

deseptio

a mutlis

Arectoriorū
Trauersariorū

Ruder
Pauimentū

Pregnantes
Annuerialiū fructū

Disparationē

Flaccescente

Torulus

Stillis

Arbusta. nota

Robur

Ulmus

Populus

Cupressus

Abies

In aedificijs

Abies

Tarmitē procreat abies

Fusterna

Quadrifluis

Toxulus

Intestina opera

Sappinea

Quercus

Esculus

æqualitatem. Tum autem cum sicca & sine stillis erit arbor deificia tur & ita erit optima i usu. Hoc aut ita esse licet animaduertere etiã de arbutis. ea enim cum suo quocq; tempore ad imum perforata castrantur: profundunt e medullis quæ habent in se superantē & uitiosum per foramina liquorē: & ita siccescendo recipiunt in se diuturnitatē. Que aut non habet ex arboribus exitus humores intra cōrescentes putrescūt & efficiūt inanes eas & uitiosas. ergo si stantes & uiue siccescendo non senescūt sine dubio cum eadem materia deificiuntur cum ea ratione curate fuerint habere poterūt magnas i edificijs ad uetustatē utilitates. hæ aut inter se discrepantes: & dissimiles hñt uirtutes: uti robur: ulmus: populus: cupressus: abies: cæteraq; que maxime in aedificijs sunt idonea. Namq; nõ potest id robur qd abies: nec cupressus qd ulmus nec cetera eadem habent inter se naturæ rerū similitudines: sed singula genera principiorū proprietatibus comparata alios alii generis præstāt in operibus effectus: Et primū ABIES aeris hñt plurimū & ignis: minimumq; humoris: & terreni leuioribus re: naturæ potestatibus cōparata non est ponderosa. Itaq; rigore naturali contenta nõ cito flectit ab onere: sed directa permanet in cōtignatiōe: sed ea quæ habet in se plus caloris procreat & alit partem ab eaq; uitiat: etiam que ideo celeriter accenditur: quod inest in eo corpore raritas aeris: & patens accipit ignem: & ita uehementez ex se mittit flammā. Ex ea autem anteq̃ est excisa q̃ pars est proxima terræ per radices recipiētes ex proximitate humorē enodis & liquida efficit, q̃ uero est superior uehementia caloris eductis in aera p nodos ramis precisa alte circiter perdes. xx. & perdolata ppter nodationis duritiē dicitur esse fusterna. Ima autē cū excisa quadrifluis disparatur eiecto torculo ex eadē arbore ad intestina opera comparatur: & intima fusterna sappinea uocatur. Cōtra uero quercus terrenis principiorū societatibus abundans parumq; habens humoris & aeris et ignis cum in terrenis operibus obruitur infinitam habet eternitatē: Ex eo cum tangitur humore non habens foraminū raritates ppter spissitatē nõ potest in corpus recipere liquorē: sed fugiens ab humore resistit: & torquet & efficit in quibus est operibus ea rimosa. ESCVLVS uero que

tarmitē

que

est in omnibus principiis temperata habet i aedificijs magnas utilitates: sed ea cum in humore collocatur recipiens penitus per foramina liquorē eiecto aere & igni operatione humidæ potestatis uitiat. CERRVS quercus fagus q̃ pariter habet mistionē humoris & ignis & terreni: aeris plurimuz per uisa raritatis humoris penitus recipiēdo celeriter marcescunt. Populus alba & nigra. Item salix: tilia: uitex ignis & aeris hñdo satietatem: humoris temperate parum aut terreni habentes leuiori temperatura temperatæ egregiam habere uident in usu rigiditatem. ergo cum non sint duræ terreni mixtione ppter raritatem sunt calide & in structuris commodam præstāt tractabilitatē. ALNVS aut quæ proxima fluminum ripis procreatur & minime materies utilis uidetur: habet in se egregias ratiōes. Etenim aere & igni plurimo temperata: non multum terreno: humore paulo. Itaq; non minus habet in corpore humoris i palustribus locis infra fundamēta aedificiorū palatiōibus crebrè fixa recipiens in se qd minus habet in corpore liquoris permanet immortalis ad æternitatē: & sustinet inania pondera structuræ: & sine uitis conseruat. Itaq; non potest extra terram paulum tempus durare: ea in humore obruta permanet ad diuturnitatē. Est autem maxime id cōsiderare Rauēne: q̃ ibi p̃ opera & publica & priuata sub fundamentis eius generis hñt palos. VLMVS uero & fraxinus maximos hñt humores: minimumq; aeris ignis & terreni temperata mistione comparate sunt in opibus cum fabricantur lente & ab pondere humoris non habent rigore & celeriter pandant. Si mul aut uetustate sunt aridæ factæ aut in agro perfectō qui est eis liquor stantes emoritur sicut duriores & in cōmissuris & coagmētationibus ab leuitudine firmas recipiunt catenatiōes. Item Carpinus q̃ est minima ignis & terreni mixtione: aeris autem & humoris summa continetur temperatura. Non est fragilis: sed habet utilissimam tractabilitatē. Itaq; græci q̃ ex ea materia iuga iuuecis cōparant quod apud eos uiga ziga uocant: item & zigea appellat. Non minus est admirandum de Cupressō & Pinu q̃ hæ habentes humoris abundantiam equamq; ceterorū mistiōem ppter humoris satietatē in operibus solent esse pande: sed i uetustatem sine uitis

Δ fiber

α omnia

† propter abundantiam

‡ lentitudine.

Cerrus

Suber

Fagus

Populus alba

Populus nigra

Salix

Tilia

Vitex

Alnus

Palatiombus

Rauenna. N.

Ulmus

Fraxinus

Pandant

Perfecte in agro

Carpinus

Zygea .i. carpinus
græce cur dicatur

Cupressus

Pinus

Pande

Acritudo
Caries
Bestiolæ nocentes

Cedrus
Juniperus

Cedreū oleū libros & reliq̄s
res que eo unctæ fuerint
a tineis & carie uenocant

Cedri figura

Foliatura

Diam̄ ephesig simulachreū
& templi lacunaria ex
cedro elaborata

Larix arbor

Amaritas

Abiegnæ rates

Diuus Cæsar

Larignū castellū

Pyrḡ q̄modo struebatur

conferunt: q̄ his liquor qui inest penitus in corporibus earum
habet amarum saporem: qui propter acritudinem non patitur pene-
trare Carie neq; eas bestiolas quæ sunt nocentes. Ideoq; que ex his
generibus opera constituunt permanent ad æternam diuturnitatē
Item Cedrus Juniperusq; easdem habent uirtutes & utilitates: sed
quæadmodum ex cupressu & pinu: resina: ex cedro oleum qd̄ cedre
um dicitur nascitur: quo reliquæ res unctæ uti etiam libri a tineis
& a carie nō ledunt. Arbores autem eius sunt similes cupressæ fo-
liaturæ materies uena directa: Ephesi in æde simulachrum Dianæ,
etiā lacunaria: & ibi & in ceteris nobilibus phanis propter æterni-
tatē sunt facta. Nascuntur autē he arbores maxime Cretæ & Aphri-
cæ & nonnullis Syriæ regionibus. Larix uero que non est nota nisi
si his municipiis qui sūt ad ripam fluminis padi & litora ma-
ris adriatici non solum a succo uehementi amaritate a carie aut a ti-
nea non nocetur: sed etiam flammā ex igne nō recipit: nec ipse per
se potest ardere: nisi uti saxum in fornace ad calcem coquendam aliis
lignis uratur: nec tamē tunc flammā recipit nec carbonem remittit
sed longo spatio tandem comburitur: q̄ est minima ignis & aeris e
principiis temperatura: humore autē & terreno ^{matæ} ipse solidata:
nō habet spatia foraminū qua possit ignis penetrare: reicitq; eius
uim: nec patitur ab eo sibi cito noceri. propterq; pondus ab aqua
non sustinetur: sed cum portatur aut in nauibus aut supra abieg-
nas rates collocatur. Ea aut materies quæadmodum sit inuenta est
causa cognoscere. Diuus Cæsar cum exercitū habuisset circa Alpes
imperassetq; municipiis prestare comatus: ibiq; esset castellum mu-
nitum quod uocaret Larignū: tunc qui fuerunt in eo naturali mu-
nitione cōfisi noluerunt imperio parere. Itaq; Imperator copias ius-
sit admoueri. Erat autē ante eius castelli portam turris ex hac mate-
ria alternis trabibus trāuersis (uti p̄ra) inter se cōposita alte ut pos-
set de summo sudibus & lapidibus accedentes repellere: tunc uero
cum aiaduersum est alia eos tela preter sudes nō habere: neq; posse
longius a muro propter pōdus iaculari. imperatum est fasciculos
ex uirgis alligatos & faces ardentes ad eam munitionem accedentes
mittere. Itaq; celeriter milites congesserunt: postq̄ flamma circa illā

materiam uirgas cōprehēdisset: ad cœlum sublata effecit opinionē
uti uideretur iam tota moles concidisse. Quom aut ea per se extin-
cta esset & requieta: turris intacta apparuisset. admirans Cæsar ius-
sit extra telorū missionē eos circumuallari. Itaq; timore coacti oppi-
dani cum se dedissent: quæsitum unde ^{essent} ea ligna que ab igni nō le-
derent. tunc ei demōstrauerūt eas arbores: quæ in his locis maxi-
me sunt copix: & ideo id castellum Larignum: item materies larig-
na est appellata. Hec aut per padum Rauennā deportatur in Colo-
niam Fanensem: Pisauri: Ancone: reliquisq; q̄ sunt in ea regione
municipiis prebet: cuius materies si esset facultas apportatiōis ad
urbem maxime haberent in ædificiis utilitates & si non in omne
certe tabule in subgrundiis circa insulas si essent ex ea collocatæ ab
traiectionibus incendiorum ædificia periculo liberarent. q̄ ea nec
flammā nec carbonē possunt recipere: nec facere per se. Sunt autem
hæ arbores foliis similibus pini: materies earū proluxa tractabilis
ad intestinū opus: non minus q̄ sappinā: habetq; resinā liquidana
mellis attici colore: quæ etiā medet p̄licis. De singulis generibus
proprietatibus quibus e natura reꝝ uideant esse comparatæ: qui-
busq; procreant rōnibus exposui. Insequitur animaduersio. quid
ita q̄ in urbe supernas dicit abies: deterior est que infernas egregi-
os in ædificiis ad diuturnitatē prestat usus & de his rebus quemad-
modū uideantur e locorū proprietatibus habere uicia aut uirtutes
uti essent considerantibus apertiora exponam.

De Abiete supernate & infernate: cū Apennini descriptiōe.

Ontis apennini prime radices ab tyrreno mari in alpes &
in extremas etruziæ regiones oriunt. Eius uero montis iu-
gum se circūagens & media curuatura prope tangēs oras
maris adriaci pertingit circuitiōibus contra fretum. Itaq; ceterior
eius curuatura que uergit ad etruziæ cāpaniæq; regiones apricis est
potestatibus. Nanq; impetus habet perpetuos ad solis cursum. Ul-
terior aut que est p̄clinata ad superius mare septentrionali regioni sub-
iecta continet umbrosis & opacis perpetuitatibus. Itaq; que in ea
parte nascuntur arbores humida potestate nutritæ: nō solum ipse
augētur amplissimis magnitudinibus. sed earū quoq; uenæ huom

Regeta

Rauenna

Fanū

Pisaurū

Ancona

Subgrundiā

Larignis arbores

Intestinū op̄

Sappinea materi

Apenninus .M.

ris copia repletæ urgētes liquoris abundantia saturant. Cum autē excise & dolatæ uitalē potestātē amiserūt uenarū rigore permānētes siccescēdo ppter raritatē fiunt inanes & euanide. Ideoq; in ædificiis non possunt hñe diurnitatē. Quæ autē ad solis cursum spectantibus locis procreant nō habētēs inter uenarū siccitates exsuctæ solidant quia sol non modo ex terra lambendo sed etiā ex arboribus ducit humores. Itaq; sunt in apricis regiōibus spissis uenarū crebritatibus solidate nō hñtes ex humore raritatē. q̄ cū in materiā per dolant reddūt magnas utilitates ad uetustatē: ideo infernates q̄ ex apricis locis apportant meliores sunt q̄ q̄ ab opacis de supnatis bus aduehunt. Quātum aīo cōsiderare potui de copiis q̄ sunt necessariæ in ædificiōrū cōparationibus & q̄bus tempaturis e rerū natura principiorū habere uideant mixtionē: queq; insūt in singulis generibus uirtutes & uitia uti nō sint ignota ædificatiōibus expo sui: ita q̄ potuerint eorū preceptorū sequi p̄scriptiōes erūt prudentiores: singulorūq; generū usum eligere poterūt in opibus: ergo qm̄ de apparitiōibus est explicatū: in ceteris uoluminibus de ipsis ædificiis exponet & primo de deorū immortalū ædibus sacris & de earū symmetriis & proportiōibus uti ordopo stulat ī sequēti perscribā.

L. VICTRUVII POLLIONIS DE ARCHITECTVRALIBER TERTIVS. IN QVO DISSERIT DE ÆDIBVS SACRIS.

ELPHICVS: Apollo Socratem omnium sapiētissimū pythiæ responsis est professus. Is autē memoratur prudenter doctissimeq; dixisse: oportuisse hominū pectora fenestrata & aperta esse uti non occultos haberent sensus. sed patentes ad considerandū

Vtinā uero rerū natura sn̄iam eius secuta explicata & apparentia ea cōstituisset. Si enim ita fuisset nō solū laudes aut uitia aīorum ad manū aspicerent: sed etiā disciplinarū scie sub oculorū cōsideratiōe subiecte non incertis iudiciis probarent: sed & doctis & sciētibus auctas egregia & stabilis adderet. Igitur qm̄ hæc nō ita: sed uti natura rerū uoluit sunt cōstituta: nō efficiēt ut possint hoīes obscuratis sub pectoribus ingeniis scias artificiorū penitus latentes quem

& interuenior.

Infernates
Supnates → Arbores

Præscriptiones

Socrates ab apollo
line sapiētissimū
omnium iudicatus

admodū sint iudicare. ipsiq; artifices pollicent suā prudentiā si nō pecunia sint copiosi: sed uetustate officinarū habuerint noticiā aut etiā gratia forensi & eloquentia cū fuerint parati pro industria studioq; auctes possint habere: ut eis qd̄ profitent scire id crederetur. Maxime autē id aiaduertere possumus ab antiquis statuariis & pictoribus q̄ ex his qui dignitatis notas & cōmendatiōis grām habuerūt æterna memoria ad posteritatē sūt permānētes: uti Myron Polycletus: Phydias: Lysippus: ceteriq; qui nobilitatē ex arte sunt consecuti. Nanq; ut in ciuitatibus magnis aut regibus aut nobilibus ciuibus opera fecerunt: ita id sunt adepti. At qui non minore studio & ingenio solertiaq; fuerūt nobilibus & humili fortuna ciuibus nō minus egregie perfecta fecerunt opera nullā memoriā iunt assecuti q̄ hi nō ab industria neq; artis solertia: sed a felicitate fuerūt disertī ut Hellas atheniensis: Dion corinthius: Myagrus phoceus: Phanax epheliū: Bædas bizantiū. Etiamq; alii plures. Nō minus itē pictores uti Aristomenes Thasius Polides & Andramites: Nicomachus ceteriq; quos neq; industria: neq; artis studiū neq; solertia defecit. Sed aut rei familiaris exiguitas: aut imbecillitas fortune seu in ambitioe certatiōis cōtratiōe supati obstitit eorū dignitati. nec tñ admirandū est si propter ignorantia artis uirtutes obscurant. sed maxime indignandū cū etiam sæpe blandiant grā cōuiuioe a ueris iudiciis ad falsā probationē. Ergo uti Socrati placuit si ita sensus & sn̄ie scieq; disciplinis aucte p̄spicue fuissent non grā nec ambitio ualeret: sed si qui ueris certisq; laboribus doctrinarum puenissent ad sciam summā: eis ultro opera traderet. Qm̄ autē ea nō sunt illustria: nec apparentia in aspectu ut putamus oportuisse & aiaduerto potius indoctos q̄ doctos grā superare nō esse certandum iudicans cū indoctis ambitione potius his præceptis editis ostendam nature sn̄ie uirtutem. Itaq; Imperator in primo uoluntate tibi de arte & quas habeat uirtutes: q̄busq; disciplinis oporteat esse auctū architectū exposui: & subiecti cās quid ita earū oporteat eū esse peritū. Rōnesq; summe architecturæ partitiōe distribui: finitiōibusq; terminari. Deinde qd̄ erat primū & necessariū de modis quæadmodū eligant loci salubres rōinatiōibus explicauī.

Myro
Polycletus
Phydias
Lysippus

Hellas
Chio
Myagrus
Phanax
Bædas
Aristomenes
Polycles

Indocti potius qm̄
eti gratia supant

Finitioib)

uentiq; qui sint: & e quibus singuli spirent deformationibus gramaticis ostēdi. Platearūq; & uicorū uti emēdate fiant distributiōes in moenibus docui & ita finitiōne primo uolumine cōstitui. Item in secūdo de materia quōs habeat in opibus utilitates & quibus uirtutibus e natura reū est comparata peregrī. Nunc in tertio de deorū imortalium ædibus sacris dicā & uti oporteat perscriptas exponā.

De sacrarum ædium compositione & symmetriis & corporis humani mensura.

Edium compositio constat ex symmetriis cuius rōnes diligentissime architecti tenere debent. Ea autē pariter a proportione que græce analogia dicitur. Proportio est rate partis membrorū in omni opere totaq; cōmodulatio ex qua ratio efficitur symmetriarū. Namq; non potest ædes ulla sine symmetria atq; proportione rationē habere compositionis nisi uti ad hominis bñ figurati membrorū habuerit exactam ratiōem. Corpus enim hoīs ita natura cōposuit uti os capitis a mento ad frontem summam & radices imas capilli esset decimæ partis. Item manus palma ab articulo ad extremum mediū digitorū tantundē. Caput a mento ad summū uerticē octauē cū teruicibus imis. a sumo pectore ad imas radices capillorū sextæ ad summum uerticē quartæ. sicut autē oris altitudinis tertia est pars ab imo mento ad imas nares. Nasus ab imis naribus ad finem mediū superciliorū tantundē ab ea fine ad imas radices capilli frons efficit. Item tertiæ partis spes uero altitudinis corporis sextæ. Cubitū quartæ. Pectus item quartæ. Reliqua quoq; membra suos habēt cōmensus proportionis: quibus etiam antiqui pictores & statuarii nobiles usi magnas & infinitas laudes sunt assecuti. Similiter uero sacrarū ædium membra ad uniuersā totius etiā magnitudinis summā ex partibus singulis cōuenientissimū debent habent cōmensurū respōsum. Item corporis centrum mediū naturaliter est umbilicus. Namq; si homo collocatus fuerit supinus manibus ac pedibus parsis circūq; collocatū centurū in umbilico eius circūmagendo rotundationem utrarumq; manuum & pedum digiti tangens. Non minus quēadmodum schema rotundationis in corpore efficitur. Item quadrata designatio in eo

// Tantundē ab l. circū

+ linea

Analogia græce pportio latine & quid sit proportio

De symmetria & pportue humani corporis pulchritudine

Commenfus

Centru mediū corporis est umbilicū

inueniet Nam si a pedibus imis ad summum caput mensum erit, eaq; mensura relata fuerit ad manus parvas, inueniet eadē latitudo uti altitudo: quēadmodum areæ que ad normā sunt quadrate. Ergo si ita natura cōposuit corpus hoīs uti proportiōibus membra ad summam figuratiōem eius respondeāt: Cum ^{causa} cōstituisse uideantur antiqui ut etiam in opere perfectiōibus singulorū membrorum ad uniuersam figuræ spēm habeant cōmensus exactiōem. Igitur cum in oibus opibus ordines traderēt: maxime in ædibus deorum ^{m. quib;} opere & laudes & culpæ æternæ solent permanere: nec minus mensurarū rōnes quæ in oibus operibus uidentur necessariae esse ex corporis membris collegerūt: uti digitum: palmū: pedē: cubitum & eas distribuerunt in pfectum numerū que græci Theleon dicūt Perfectum autē antiqui instituerūt numerum qui decem dicitur. Namq; ex manibus ^{denarius} digitorū numerū: a palmo pes est inuentus. Si autē utriusq; palmis ex articulis a natura decem sunt perfecti: etiā Platoni placuit eum esse numerum ea re perfectum q̄ ex singulari ^{Plato} bus rebus quæ monades apud græcos dicuntur perficitur decussis q̄ simul aut. xi. aut. xii. sunt facti q̄ supauerint non possunt esse perfecti donec ad alterū decussisq; peruenerint. Singulares enim res particule sunt eius numeri. Mathematici uero contra disputātes ea re perfectum esse dixerunt numerū qui sex dicitur: q̄ is numerus hēt partitiones eorum rationibus sex numero conueniētes sic sextantē unum: trientes duos: unum semissem; tria, bessem: quem dimeron quatuor: quintarium quem pentameron dicunt quinq; perfectū sex. Cum ad duplicationē crescat supra sex adiecto asse effectū. Cū facta sunt octo quod est tertia adiecta. Tertiariū autē qui epitritos dicitur dimidia adiecta cum facta sunt nouem sexquialterum qui hemiolius appellat. Duabus partibus additis & decussis factū. Bes alterum quē epidimeron uocant in. xi. numero quod adiecti sūt quinq; quintarium quod epipenton dicunt. Duodecim autē quod ex duobus simplicibus numeris est factus diplasio. nō minus etiā q̄ pes hominis altitudinē sextam habet partem ita etiā ex eo q̄ perficitur pedum numero corpori sexies altitudinis terminata: eū perfectū constituerunt. Cubitumq; ai aduerterūt ex sex palmis

□ supputatione

Λ ex digitis uero palmus

α 1/2 sextor

Λ epipentamoero

□ corpus his sex

Norma

Digitus
Palmus
Pes
Cubitus

Thales numerus 1. pfectus decem. Nota.

Monades

Decussis

Sex. pfectus numerus secundū mathematicos

Sextans

Triens

Semis

Bes. Dimeron

Quintari. 1. pectamo

Epitritos

Ephectos

Sesquialter

Hemolius

Besalteru

Epipentamoero

Quintarius

Epipentamoeros

Diplasio

Cubitus ex .6. palmis constat digitus q; 2 ergo palmus constat ex .3. digitis

Drachma
 Oboli
 Oboloru uel parantes
 Dichalca
 Trichalca
 Denarius denos aereos asses
 continebat unde & nominat
 Sestertiu constabat ex duob
 assibus & tertio semisse
 Pes quatuor palmoru
 Palmus habet quatuor digitos
 Pes habet digitos sexdecim
 Denarius aereus h^{ab} 16 asses
 Antis
 Prostulos
 Amphiprostulos
 Perypteros
 Pseudodipteros
 Dipteros
 Hypæthros
 Aedes in Antis
 Antæ
 Cella
 Tres fortune
 Porta collina
 Angulares columnæ
 Epistylia
 Verfuræ
 Iouis & fauni aedes in
 insula tiberina
 Prostulos
 Amphiprostulos

constare digitisq; .xxiiii. ex eo etiã uidentur ciuitates græcorum fecisse
 quæadmodum cubitus est sex palmorum in drachma: quo numero
 uti quæadmodum cubitus est sex palmorum in drachma: quo numero
 uterentur aereos signatos (uti asses) ex quo sex quos obolos appellat
 quadrantibus obolorum: que alii dichalca. nonnulli trichalca dicunt
 pro digitis. xxiiii. in drachma constituisse. Nostri autem primo fecerunt
 antiquum numerum: & in denario denos aereos constituerunt &
 ea re copolito nois ad hodiernum diem denarium retinet: etiã quæ
 pars quarta efficiebat ex duobus assibus & tertio semisse sestertium
 uocitarunt. Postea aduerterunt utrosq; numeros esse perfectos &
 sex & decem: utrosq; in unum coniecerunt & fecerunt perfectissimum
 decussis sexis. huius autem rei auctores inuenerunt pedem. E cubito
 enim cum dempti sunt palmi duo relinquitur pes quatuor palmo
 rum. Palmus autem habet quatuor digitos: ita efficitur uti pes ha
 beat digitos. xvi. & totidem asses aereus denarius sergo si conuenit
 ex articulis hominis numerum inuentum esse: & ex membris sepa
 ratis ad uniuersam corporis speciem ratæ partis comensus fieri res
 sponsum relinquitur ut suscipiamus eos: qui etiam aedes deorum
 immortalium constituentes ita membra operum ordinauerunt: ut
 proportionibus & symmetriis separatæ: atq; uniuerse conuenient
 tesq; efficerent eorum distributiones. Aedium autem principia sunt
 e quibus constat figurarum aspectus: & primum in Antis quod
 græce Naos in parastasin dicitur. Deinde amphiprostulos perip
 teros pseudodipteros dipteros. horum exprimentur formationes
 his rationibus quæadmodum & in antis & dextra ac sinistra in ter
 suris singula. huius exemplar in antis erit aedes cum habeat in
 fronte antas parietum: qui cellam circumcludunt: & inter Antas in
 medio columnas duas supraq; fastigium symmetria ea collocatã q̄
 in hoc libro fuerit perscripta: huius autem exemplar erit ad tres for
 tunas: ex tribus qd est proxime portæ collinam prostulos omnia
 habet quæadmodum in Antis. columnas autem contra antas angulares
 duas supraq; epistylia: quæadmodum & in antis & dextra ac sinistra in
 uersuris singula. huius exemplar est in insula tyberina in aede Io
 uis & Fauni. Amphiprostulos oia habet ea q̄ prostulos. Preterea q̄
 habet in postico ad eundem modum columnas & fastigium. Perypteros

uide an legendu sit numu
 # nummi
 t hypæthros
 ^ nome
 ^ prostulos

aut erit quæ habeat in fronte & postico senas columnas in lateri
 bus cum angularibus undenas: ita ut sint hæ colune collocatæ ut
 intercolumnii latitudinis interuallum sit a parietibus circa ad ex
 tremos ordines columnarum: habeatq; ambulatiõem circa cellam
 ædis quæadmodum est in porticu metelli Iouis statoris huiusmodi
 & ad mariana honoris & uirtutis sine postico a Mutio facta seu
 didipteros aut sic collocat ut in fronte ac postico sint colune octo
 ne in lateribus cum angularibus quod denes. Sunt autem parietes celle contra
 quaternas columnas medianas in fronte & postico ita duorum intercolumn
 niorum & imæ crassitudinis columnæ spatium erit a parietibus circa
 ad extremos ordines columnarum huius exemplar Rome non est: sed
 magnæ Dianæ hermogenis Alabandi & Apollinis a Manesche
 facta Dipteros aut octastilos & pronao & postico: sed circa ædem
 duplices hæc ordines columnarum uti est aedes Quirini dorica: & eph
 sie diane ionica a Ctesiphone constituta Hypæthros aut decastrilos est
 in pronao & postico. reliqua oia eadẽ hænt quæ dipteros sed interi
 ore parte columnas in altitudine duplices remotas a parietibus ad cir
 cuitiõem (ut porticus) peristiliorum: medium autem sub diuo est sine te
 cto: aditus ualuarum ex utraq; parte in pronao & postico. huius itẽ
 exemplar Rome nõ est sed Athenis octastilos & in templo olympi.

De quinque ædiu speciebus.
 Species autem ædiu sunt quinque quæ ea sunt uocabula. Pignostilos id est crebris colunis
 Systilos paulo remissiori
 bus Interstilos amplius patentibus rare q̄ oportet inter
 se diductis Areostilos spatii intercolumniorum Pignostilos spatii
 in diastilos Arcostilos & stilos interuallo iusta distributione. er
 go pignostilos est cuius intercolumnio unius & dimidiatæ colunæ
 crassitudo interponi potest. Quæadmodum est diui Iulij & in cæsa
 ris foro ueneris: & siquæ alie sic sint copolite patentibus rare. Item
 sistilos est in quo duarum columnarum crassitudo intercolumnio poterit
 collocari: & spirarum plinthides eque magne sint eo spatio quod fue
 rit inter duas plinthides: quæadmodum est fortune æquestris ad
 theatrum lapideum. Reliquæ quoq; eisdem rationibus sunt copolite. Hec
 utraq; genera uitiosum habent usum. Matres enim familiarum cum ad

diastilos // hermodi
 diastilos # Amnestæ

Perypteros
 Angulares columnæ
 Intercolumnium
 Metellus
 Metelli porticus
 Mutius
 Iuppiter stator
 Hemodius
 Mariana
 Honoris & uirtutis
 Hermogenes
 Pseudodipteros
 Medianæ columnæ
 Amnestæ
 Magnæ Dianæ
 Ctesiphon
 Dipteros
 Pronaos
 Posticu
 Quirini aedes dorica
 Ephesie diane aedes
 Hypæthros
 Sub diuo
 Olympi iouis templu
 Athenis
 Pycnostylos
 Systylos
 Diastylos
 Areostylos
 Eustylos
 Diui Iulij .t.
 Cæsaris foru
 Ueneris .t. cæsaris f
 Spirarum plinthides
 Fortune æquestris .t.
 Theatru lapideu

supplicationē gradibus ascēdunt non possunt pet intercolumnia
 amplexa adire: nisi ordines fecerit. Item ualuarū aspectus obstruit
 columnarū crebritate: ipsaq; signa obscurant. Itē circa ædem ppter
 angustias impediunt ambulatiōes. Diastilū autē hec erit cōpositio
cum trium columnarū crassitudinē intercolūniū interponerē possu-
mus tanq̄ est Appollinis & Dianæ ædes. hec dispositio hāc habet
 difficultatē: q̄ epistilia ppter interualloꝝ magnitudinē frangunt
 in areostilis autē nec lapideis: nec marmoreis epistiliis: uti datur:
 sed imponēde de materia trabes perpetue & ipsarū ædium spēs sūt
 Baricæ: Paricæ: Phalæ: humiles: Vniles: latæ. ornanturq; lignis si
 ctilibus aut aeris inauratis earū fastigia tuscanico more: uti est ad
 circum maximū cereris & herculis pompeiani item capitolii: reddē
 da nunc est estili ratio: q̄ maxime probabilis & ad usū: & ad spēm
 & ad firmitatē rōnes habet explicatas. Nanq; faciēda sunt interual
 lis spatia duarū columnarū & quarte partis columnne crassitudinis.
 mediūq; intercolūniū: unū quod erit in fronte: alterū quod i po
 stico trium colūnarum crassitudine. sic enī habebit & figurationis
 aspectum uenustum: & aditus usum sine impeditiōibus: & circa
 cellam ambulatio auctem huius aut rei ratio explicabit sic: frons
 loci q̄ in æde cōstituta fuerit: si tetrastilos faciēda fuerit diuidat i
 partes decussas semis preter crepidines & proiēcturas spirarū: si sex
 erit colūnarū in partes decemnonē: si octostilos cōstituet diuidat
 in uiginti quinq; & semissem. Item ex his partibus siue tetrastili:
 siue hexastili: siue octostili una pars sumat: ea q̄ erit modulus:
 cuius moduli unius erit crassitudinis columnarū: intercolūniā sin
 gula preter mediā modulorū duorū & moduli quarte partis media
 na in fronte & postico singula trinū modulorum ipsarum colum
 narum altitudo modulorum habebunt iustam rationem. huius
 ex emplar Rome nullum habemus: sed in asia Theohexastilon li
 beri p̄ris Eas autē symmetrias cōstituit Hermogenes: q̄ etiā primus
 hexastilū pseudodipteri rōne: ex dipteri enī ædis symmetria distu
 lit iteriores ordines columnarū. xxxviii. earū rōne sūptus operasq;
 cōpendiū fecit: is de medio ambulatiōis laxamētū egregie circa cel
 lam fecit: de aspectuq; nihil iminuit: sed sine desiderio supuacuoꝝ

Barycephalæ
 + Custyli
 L undecim

inuenit Teo octastilo

Hermogenes

Diastylus

Epistylia frangi

Epistylia lapidea aut marmorea

Baryce

Barycephalæ

Humiles

Latæ

Tuscanicus mos ornandi .t.

Cereris

Herculis

Pompeianū capitoliū

Crepidines

Spirarū proiēcturæ

modulus

Teos

Hermogenes

conseruauit auctoritatem totius operis distributione. Pteromatos
 enī ratio & columnarū circū ædem dispositio ideo est inuenta: ut
 aspectus propter asperitateꝝ intercolumniorum haberet auctori
 tatem. Preterea si & hymbrium aque uis occupauerit: & intercluse
 rit hominum multitudinem: ut habeat in æde circaq; cellam cum
 laxamēto liberā moram. Hec autē ut explicant in pseudodipteris
 ædium diipositiōibus: quare uidetur acuta magnaq; solertia esse
 ctus operum Hermogenes fecisse. Reliquisq; fontes unde posteri
 possent haurire disciplinarum rōnes. Ædibus areostilis colūne sic
 sunt faciēde: uti crassitudines earū sint partis octauæ ad altitudi
 nes. Item in diastilo dimetiēda est altitudo colūne in partes octo.
 & dimidiā & unius partis crassitudo colūne collocet. In sistilo al
 titudo diuidat in nouē & dimidiā partē: & ex eis una ad crassitu
 dinē colūne dēt. Item in pignostilo diuidenda est altitudo in de
 cem: & eius una pars faciēda est colūne. Crassitudo scustili autē
 ædis colūne (ut sistili) in nouē partibus altitudo diuidat & dimi
 diā partem: & eius una pars cōstituat in crassitudine unius sca
pi: ita habebit pro rata parte intercolumnioꝝ ratio. Quēadmodū
 enī crescunt spatia inter columnas: proportiōibus ad augēde sunt
 crassitudines scaporū. Nanq; si in areostilo nona aut decima pars
 crassitudinis fuerit tenuis & exilis apparebit. Ideoq; p latitudinē i
 tercolumnioꝝ aer cōsumit & minuit aspectus scapoꝝ crassitudinē
 Cōtra uero pignostilis si octaua pars crassitudinis fuerit propter
 crebritatem & angustias intercolumnioꝝ tumidā & inuenustā effi
 ciet speciem. Itaq; generis operis oportet persequi symmetrias. etiā
 q; angulares columnæ crassiores faciēde sunt ex suo diametro quin
quagesima parte: q̄ hæ ab aere circūciduntur: & graciliores uiden
 tur esse aspiciētibus. ergo quod oculos fallit rōcinatiōe est exequē
dum. Contracturæ autē in summis columnarū hypotrachelis ita
 faciēdæ uidentur uti si columna sit a minimo ad pedes quinos de
 nos: ina crassitudo diuidat in partes sex: & earū partium quinq;
 summa constituat. Item quæ erit ab quindecim pedibus ad pedes
 uiginti. Scapus imus in partes septem: superior crassitudo colūne
 in partes sex: & semissem; diuidatur earūq; partiū quinq; & semisse

+ Diastylis

emendo
exequēdū

Pteroma

Hermogenes

Areostylæ ædes

Diastylus

Systylus

Pycnostylus

Custylus

Scapus imus

Pycnostylus

Angulares columnæ
crassiores faciēde

Contracturæ

Hypotrachelia col
mnarū summa

Scapus imus

Contractura summa

Scapi hypotrachelii

Pro rata

Modulorum adiectionibus

Entasis

Stereobate

Spiramur proectura

Fistulationibus

Congestivus locus

Alnei

Robustei

Stylobate

superior crassitudo colūne fiat. Item que erūt a pedibus. xx. ad pedes. xxx. scapus unus dividat in partes septem: earūq; sex summa cōtractura perficiat. Que aut a triginta pedibus ad quadraginta alta erit una dividat in partes septem & dimidiam. ex his sex & dimidiam habeat in summo cōtracture ratione: que erūt a quadraginta pedibus ad quinquaginta. Item dividenda sunt in octo partes: & eaz septē in summo scapo sub capitulo cōtrahant. Item si que altiores erunt eadem rōne pro rata cōstituant cōtracture: hęc aut propter altitudinis intervallū scandentis oculi spēs adiaciuntur crassitudinibus temperature. Venustate enī persequitur uisus: cuius si non blandimur uoluptati proportiōe & modulorum adiectionibus: uti q̄ fallitur temperatione adaugeatur uastus & inuenustus cōspiciētibis remittetur aspectus. De abiectione q̄ adiacitur in mediis colūnis q̄ apud grecos Entasis appellatur: in extremo libro erit formata ratio eius quēadmodum mollis & cōueniens efficiatur subscripta.

De fundatiōibus & columnis atq; eaz ornatu & epistiliis.

Vndatiōes eoz opē fodiant si queat inueniri ab solido & insolidū quātū ex amplitudine opis pro rōne uidebit extruatur: que structura totū solū q̄ solidissima: supraq; terram parietes extruant sub columnis dimidio crassiores q̄ colūne sūt future: uti firmiora sint inferiora superioribus q̄ creobates appellantur: nam excipiunt onera: spirarūq; proiecturē nō procedāt extra solidū. Item supra parietes ad eūdē modū crassitudo seruāda est. Intervalla aut cōcameranda: aut solidāda festucatiōibus uti detineant. Sin aut solidum nō inueniet sed locus erit cōgestivus ad imū aut paluster: tūc is locus fodiat exinaniaturq; & palis salignis aut oleaginīs robusteis ustulatis cōfigatur: subligatq; machinis alligetur q̄ creberrime: carbonibusq; expleant intervalla palorum: & tunc structuris solidissimis fundamenta impleant. Extructis aut fundamētis ad libramētum stilobate sunt collocandē. Supra stilobatas colūne disponēde quēadmodum scriptum est siue in pignostilo quēadmodum pignostila siue listilo: aut decastilo aut eustilo quēadmodū supra scripta sūt & constituta. In areostilis enim libertas est quātumcūq; libet constituendi sed ita colūne

//. ma crassitudo

∟ hypotrachelio

□ Substructionis

∧ adigantur

□ fallunt. Quā obrē

∴ alneis

in peripteris collocent: uti quot inter columnia sunt in fronte totidem bis intercolumnia fiant in lateribus, ita enim erit duplex longitudo operis ad latitudinē. namq; qui columnarū duplicatiōes fecerunt errauisse uidentur: q̄ unum intercolumniū in longitudine plusq; oporteat procurere uidet. Gradus in fronte ita constituēdi sūt uti sint semp impares. Namq; cū dextro pede primus gradus ascendat: itē in summo primus erit ponēdus. Crassitudines autē eoz graduum ita finiendas censeo: ut neq; crassiores sextante: neq; tenuiores dodrante sint collocate. Sic enī durus non erit ascensus. Retractiones aut graduum nec mius q̄ sesquipedales nec plus q̄ sesipedales faciēde uident. itē si circa eūdē gradus futuri sint ad eūdē modū fieri debēt. Sin aut circa eūdē ex tribus lateribus podiū faciēdū erit ad id constituat uti quadra, spire, trunci, corone, lisis, ad ipsam stylobatam. qui erit sub colūnis spiris conueniat stilobatan, ita stilobatan oportet exequari uti habeat per podiū adiectionem perfectā bellos impares. Si enim ad libellam diriget alueo latius oculo uidebitur. hoc aut uti scabelli ad id conueniētes fiant: Item in extremo libro forma & demonstratio erit descripta. his perfectis in suis locis spire collocent. hęcq; ad symmetriam sic perficiant: uti crassitudo cum plintho sit. Columnę ex dimidia crassitudine: proiecturamq; quam greci esphoran uocant habeāt sextantem: ita enī lata & longa erit colūne crassitudinis unius & dimidie altitudo eius si attinges erit: ita diuidatur: ut superior pars tertia parte sit crassitudinis colūne. reliquū plintho relinquat. dempta plintho reliquū diuidat in ptes quatuor fiatq; superior chorus altera pars cū suis quadris scotia quam greci trochilon dicunt. Sin autem ionice erunt faciēde symetrie eoz sic erunt constituende uti latitudo spire quoq; uersus sit colūne crassitudinis adiecta crassitudine quarta & octaua. Altitudo uti attinges ita ut eius plinthos reliquumq; preter plinthon q̄ tertia pars crassitudinis diuidat in partes septem. inde trium ptiū torus qui est in summo. Relique quatuor partes diuidende sunt equaliter: & una ps fiat cū suis astragalis & supcilio superior trochilus: altera ps inferiori trochilo relinquat. sed inferior maior appebit ideo q̄ habebit ad extremā

// erit

□ bipedales

□ mediū

∟ scamillos

∟ q̄drante

// q̄te. relique

∧ tres q̄hter

diuidantur &

una sit inferior tor

De gradibus q̄m cōstituendi

Dextro pede primus gradus ascenditur

Retractionis graduum

Crassitudo graduum

Podiū circa eūdē

Quadra

Spire

Trunci

Coronę

Lisis

Scamilli

Alueolatus

Spire

Proiectura grece

Esphora

Atticurges columna

Plinthos

Torus superior

Quadra

Scotia

Trochilos

Symmetrie ionice

Atticurges

Torus q̄ est in summo

Astragali

Superior trochilus

Supcilio

Trochilus inferior

Proiectura ad extrema plintho

Astragali

Proiectura spiræ

Columnæ medianæ

Pronao

Postico

Angulares columnæ

Scapi columnarum

Capitula puluinata

Scapus imus

Abacus

Volutæ abaci

Catheti

Volutæ

Tetrantorum

Donicum p donec

Tetrante

Capituli crassitudo

Astragalus summi scapi

Cymatiu

Abacus

Connatis

Cymatiu præctura

Baltei puluinorum

Tetrante capituli

Cymatiu extremu

plinthon proiecturam Astragali faciendi sunt octauæ partis trochi
 li proiectura erit spere pars octaua & sextadecima ps grassitudinis
 columnæ spiris perfectis collocatis: Columne sunt mediane in pro
 nao & postico ad perpendiculū mediū centri collocāde. Angulares
 aut queq; e regione earū future sunt in lateribus ædis dextra ac sini
 stra uti partes interiores que ad parietes celle spectant ad ppendicu
 lum mediū latus habeant collocatum. exteriores aut ptes uti dicāt
 se earum cōtracturam: sic enim erunt figure compositionis edium
 cōtractura ^{hinc} talis ratione exacte. Scapis columnarū statutis capi
 tulorū ratio: si puluinata erūt symmetriis his conformabunt utiq;
 crassissimus scapus fuerit addita octauadecia parte scapi, Abacus
 habeat lōgitudinem & latitudinem crassitudinē cum uolutis eius
 & dimidiā. Recedendū autē est ab extremo abaco in interiorē fron
 tibus uolutarū pterit duodeuigelimā & eius dimidiā tū crassitudo
 diuidenda est in partes nouē & dimidiā & secundū abacū in qua
 tuor pibus uolutarū secundū extremū abaci quadram lineæ dimit
 tende que catheti dicuntur. Tunc ex nouem partibus & dimidiā
 una pars & dimidiā abaci crassitudo reliquatur reliquæ octo uolu
 tæ constituant. tunc ab linea que secundū abaci extremam ptem
 dimissa erit in exteriorē ptem recedat unius & dimidiāte ptes la
 titudine. Deinde hę lineæ diuidant ita ut quatuor ptes ^{libi} & di
 midia sub abaco relinquant. Tūc in eo lōco qui locus diuidit quā
 or & dimidiā & tres & dimidiā partem centrū oculi signetur ^{quia}
 ex eo centro rotūda circinatio tā magna in diametro q̄ una pars ex
 octo partibus est. ea erit oculi magnitudie & in ea cathetorū respō
 dens diametro agat. Tunc a sumo sub abaco inceptum in singu
 lis tetrantorū actiōibus dimidiatū oculi spatiū minuatur. Deniq;
 in eundem tetrantem qui est sub abaco ueniat. Capituli autē cras
 situdo sic est faciēda ut ex nouem partibus & dimidiā tres partes
 præpēdeāt infra astragalū summi scapi cymatio adēpto abaco & can
 nali: reliqua sit pars. Proiectura autē cymatiū habeat extra abaci q̄
 dram oculi magnitudinē. Puluinorū balthei abaco hanc habeāt
 proiecturam uti circini centrum unum cum sit positum in capitu
 li tetrante et alterum deducatur ad extremum cymatiū circūactū

α - iusta
 1/2 - qm crassus im)
 α - tum crassitudo diuidenda
 1/2 - in partes nouē & dimidiā

Balteorū extremas partes tangāt axes uolutarū. Nec crassiores sint
 q̄ oculi magnitudo. Volutarū ipse sic cedant altitudinis sue duo
 decimam partē. Hæ erunt symmetrie capitulorū q̄ columne future
 sunt ab minimo ad pedes. xxv. que supra erunt. Reliqua habebūt
 ad eundē modū symmetrias. Abacus autē erit lōgus & latus q̄ cras
 sa colūna est ima adiecta parte. ix. uti quo minus habuerit altior
 colūna contractū: eo ne minus habeat capitulū sue symmetrie pic
 cturā & in altitudinē sue partis adiectiōem. De uolutarū discripti
 onibus uti ad circinū sint recte inuolutæ quēadmodū describant
 an extremo libro forma & ratio earū erit subscripta. Capitulis per
 fectis deinde colūnarū non ad libellā sed ad æqualē modulū collo
 catis uti que adiectio in stylobatis facta fuerit in superioribus mē
 bris. respōdeat symmetria epistiliorū. Epistiliorū ratio sic est hnda
 ut si colūne fuerint a minimo. xii. pedū ad. xv. pedes epistilii sit al
 titudo dimidia crassitudinis imæ columnæ. Itē ab. xv. pedibus ad
 xx. colūne. altitudo demetiat in partes tresdecim. & unius partis
 altitudo epistilii fiat. Itē si a. xx. ad. xxv. pedes diuidat altitudo
 in partes. xii. & semissē & eius una pars epistiliū in altitudine fiat
 Itē si a. xxv. pedibus ad. xxx. diuidat in partes. xii. & eius una pars
 altitudo fiat. Item ratā partē ad eundē modū ex altitudine colūna
 rum expediende sūt altitudines epistiliorū. Quō altius scādit ocu
 li spēs non facile persecat aeris crebritatem, dilapsa itaq; altitudinis
 spatio & uiribus extristā, incertam modulorū renunsiat sensibus
 q̄ntitatē. Quare semper adiciendū est rōnis supplemētū in symme
 triarū mēbris. cū fuerint ut autē altioribus locis opa uel & ipsi colof
 si cetera habeāt magnitudinū rōem. Epistilii latitudo in imo q̄ su
 pra capitulū erit q̄ta crassitudo sume colūne sub capitulo erit tāta
 fiat sumū q̄tum imus scapus. Cymatiū epistilii septima parte sue
 latitudinis est faciendū. Et in proiectura tantūde reliqua pars præ
 ter cymatiū diuidenda est in partes duodecim & earum triū fascia
 est faciēda secūnda. iiii. summa. v. Item zophorus supra epistili
 um quarta minus quā epistilium: sin autē sigilla designari opor
 tuerit quarta parte altiore quā epistilium uti auctoritatē habeat
 sculpture cymatiū sue altitudinis partes septime ptecturæ cymatiū

1/2 in sumis
 + secundū
 :: ratio
 1/2 habeant latitudinis

Volutarū axes
 Capitulorū
 Abacus
 Volutarū descriptio
 Epistiliorū ratio
 Ratam partē
 Modulorū q̄ntitas
 Colossicoterā opera
 Epistilij latitudo
 Cymatiō epistilij
 Fascia prima. secū
 summa
 Zophorus
 Sigilla
 Cymatiū
 Proiectura cymati

q̄ crassitudo supra zophorū denticulus est faciendus tam altus q̄ ep̄i stiliū media fastigiat p̄iectura eius q̄tum altitudo intersectio quæ græce methoc̄e dicitur: sic est diuidenda: uti denticulus altitudinis sue dimidiā partē habeat in fronte. Causus aut̄ intersectiōis; huius frōtis e tribus duas partes huius cimatū altitudinis eius sextam partem. Corona cū suo cimatio p̄ter simam q̄tum media fascia ep̄i stiliū. Proiectura corone cū denticulo faciendā q̄tum erit altitudo a zophoro ad summū corone cimatiū: & oīno oēs sphore uenustio rem habent sp̄em q̄ q̄tum altitudinis tantūdem habent proiectū. Timpani aut̄ qd̄ est in fastigio altitudo sic est faciendā ut frons corone ab extremis cimatiis tota dimetiatur in partes nouē: & ex eis una pars in mediō cacumine timpani cōstituatur. Dum cōtra ep̄istiliū columnarumq; p̄trachelia ad perpendicularum respondeant corone: q̄ supra equaliter imis p̄ter simas sunt collocandæ. Insuper coronas syme: quas græci ep̄istidas dicūt faciendæ sunt altiores octaua parte coronarū altitudinis. Acroteria angularia tam alta q̄tum est tympanū mediū smediana altiora octaua parte q̄ angularia smēbra oīa que supra capitula columnarū sunt futura id est ep̄istilia. Zophora corona & timpana: fastigia: acroteria inclinanda sunt i frontis cuiusq; altitudinis parte. xii. ideo q̄ cum steterimus contra frontes ab oculo lineæ duæ si extense fuerint & una tetigerit imam operis partē: altera summā: q̄ summā tetigerit longior fiet. Ita quo longior uisus lineæ in superiorē partē p̄cedet resupinatā facit eius sp̄em. Cum aut̄ (uti supra scriptū est) in fronte inclinata fuerit: tunc in aspectu uidebunt̄ esse ad perp̄diculū & normam. Columnarū striḡ faciendæ sunt. xxiiii. ita excauate uti norma in cauo striḡ cū fuerit coniecta circumacta anconibus striarū dextra ac sinistra tangat acumenq; normæ circū rotundatiōe tangēdo peruagari possit. Crassitudines striarū faciendæ sunt q̄tum adiectio in media columna ex descriptiōe inueniet̄. In simis quæ supra coronā in lateribus sunt ædium capita leonina sunt sculpenda disposita uti contra columnas singula primū sint designata. Cætera æquali modo disposita uti singula singulis mediis tegulis respondeant. Hæc aut̄ que erunt contra columnas perterebrata sint ad cannalem: qui exci

+ fascia
 / tympanū fuit
 ^
 / fug

^ angulos

Denticulus
 Metoche
 Intersectio
 Causus intersectiōis
 Corona cū suo cymatio
 Sima
 Sphore
 Tympanū in fastigio
 Sima
 Sima
 Ep̄istides
 Acroteria angularia
 Acroteria mediana
 Membra omnia que sunt supra capitula columnarū
 Ep̄istilia
 Zophori
 Coronæ
 Tympana
 Fastigia
 Acroteria
 Striḡes columnarū
 Striḡ
 Ancones striarū
 Striarū crassitudinis
 Sima
 Leonina capita
 Cannalis q̄ excipit e tegulis aquā celestē

pit e tegulis aquā celestē. Mediana autē sint solida uti q̄ cadit uis aquæ per tegulas in cannalem ne deiciat̄ per intercolumnia: neq; transeūtes p̄fundat: sed quæ sunt cōtra columnas uideant̄ emittere uomentia ructus aquarū ex ore ædium ionicarū q̄ aptissime potui dispositiones hoc uolumine descripsi. Doricarum autem & Corinthiarum quæ sint proportionēs in sequenti libro explicabo.

Ionicæ
 Doricæ
 Corinthiæ
 Aedes

L. VICTRUVII LIBER QVARTVS IN QVO AGITVR DE DORICARVM CORYNTHIARVMQVE COLVMNARVM PROPORZIONE.

Vm aiaduertissem Imperator plures de Architectura p̄cepta uoluminaq; cōmentariorū nō ordinata sed incepta uti particulas errabūdōs reliquisse: dignā & utilissimā rem putauī antea discipline corpus ad perfectā ordinatiōem p̄ducere & p̄scriptas in singulis uoluminibus singulorū generū q̄litates explicare. Itaq; cæsar primo uolumine tibi de officio eius: & q̄bus eruditū esse rebus architectū oporteat exposui. Secūdo de copiis materiæ e q̄bus ædificia constituunt̄ disputauī. Tertio aut̄ de ædiū sacrarū dispositiōibus & de earū generū uarietate. quasq; & quot habeāt sp̄es: earūq; que sunt in singulis generibus distributiōes ex tribus generibus quæ subtilissimas haberēt p̄portionibus: modulorū q̄titates: Ionici generis moribus docui. Nunc hoc uolumine de doriciis corinthiisq; cōstitutis & oibus dicā eorūq; discrimina & p̄prietates explicabo.

Utilissimæ res

De tribus generibus columnarū origines & inuentiones.

Olūne corinthiæ p̄ter capitula oēs symmetrias hñt uti ionice: sed capitulorū altitudines efficiūt eas pro rata excelsores gracilioresq; q̄ ionici capituli altitudo tertia pars est crassitudinis: colūne corinthiæ tota crassitudo scapi. Igit̄ q̄ due partes e crassitudine corinthiorū adiciunt̄ efficiūt excelitate sp̄em earū graciliores: Cætera membra que supra colūnas imponunt̄ aut e doriciis symmetriis aut ionicis moribus in corinthiis colūnis collocant̄. Quod ip̄m corinthiū genus propriā coronarū reliquorūq;

Columnæ corinthiæ

Excelitate

^ columnarū capitulis

Paranete. Nete. Ea autem qua mouentur recipiunt uirtutes alias.
 Interualla enim & distantias habent crescentes. Itaque parhypate: quæ
 in harmonia distat ab hypate hemitonium in chromata mutata
 habet. Hemitonium qui lycanos in harmonia dicitur ab hipate distat
 hemitonium in chroma translatus progreditur duo hemitonía. In diato-
 no distat ab hipate tria hemitonía. Ita decem sonitus propter transla-
 tiones in generibus efficiunt triplicem modulatiōum uarietatem. Tetra-
corda sūt quinque. Primum grauissimum quod græce dicitur hypaton. Se-
 cundum medianum quod appellatur meson. Tertium coniunctum quod si-
 nezeugmenon dicitur. Quartum disiunctum quod diezeugmenon nominatur
 Quintum quod est acutissimum græce hyperboleon dicitur. Concetus
 quos natura hominis modulari potest græce symphonie dicuntur
 sunt sex. Diateffaron. Diapente. Diapason. Disdiateffaron. & Dis-
diapente. & Disdiapason. Ideoque a numero nomina coeperunt quod cum
 uox constiterit in una sonorū finitiōe. ab ea se flectens mutauit
 & peruenerit in quartam terminatiōem appellatur diateffaron. In
 quintam diapente. In sextam diapason. & in octauam & dimidiam
 diapason & diateffaron. In nonam & dimidiam diapason & diapē-
 te. In. xii. disdiapason. Non enim inter duo interualla cum cordarū
 sonitus aut uocis factus cantus fuerit: nec in tertia aut sexta aut se-
 ptima parte consonantie fieri. Sed ut supra scriptum est diateffaron
 & diapente & ex ordine diapason cōuenientie ex natura uocis con-
 gruentis habet finitiōes: & ei conuentus procreantur ex cōiunctio-
 ne sonituum qui græce phthongi dicuntur.

De Theatri uasis.

Ita ex his indagatiōibus mathematicis fiant uasa ærea
 pro ratione magnitudinis theatri: Eaque fabricantur
 ut cū tangant sonitū facere possint inter se diateffaron
 diapente ex ordine ad diapason. Postea inter sedes theatri constitu-
 tis cellis ratione musica ibi collocent: ita ut nullū parietē tangāt.
 Circaque habeant locum uacuum: & a summo capite spatium: ponan-
 turque inuersa. habeantque in parte quæ spectat ad scenā suppositos
 cuneos minus altos semipede. cōtraque eas cellas relinquantur apertu

dis

ita

Parhypate meso
 Lichanos meson
 Tritesynemeno
 Parametesymmeno
 Triediezeugmenon
 Parametediezeugmenon
 Tritehypboleon
 Parametehypboleon
 Lichanos
 Hypate
 Tetracorda quinque
 Hypatō
 Meson
 Synemmeno
 Diezeugmenon
 Hypboleon

Concetus aut symphonie
 sex
 Diateffaron
 Diapente
 Diapason
 Diapason cū diateffaron
 Diapason cū diapente
 Disdiapason.

Vasa ærea theatri
 Celles inter sedes
 theatri
 Cunei

re inferior graduū cubilibus longe pedes. ii. alte semipedē. Designationes ^{autem} quibus in locis constituantur sic explicentur: si nō erit ampla magnitudine theatrum media altitudinis transversa regio designetur: & in ea. xiii. celle. xii. equalibus intervallis distantes cōfornicentur: uti ^{ea} echo q̄ supra scripta sunt ad ^{neten} ^{parte} hyperboleon sonantia in cellis quæ sunt in cornibus extremis utraq̄ prima collocentur. Secūda ab extremis diatessaron ad neten ^{neten} ^{synnemenō}. Tertia diatessaron ad neten parameson. Quarta ad neten ^{neten} ^{synnemenō}. Quinta diatessaron ad meson. Sexta diatessaron ad hipaten meson. In medio unū diatessaron ad hipaten hipaton. Ita hac rōcinatione uox ab scena uti a centro p̄fusa se circūagens tactuq̄ feriens singulorū ualorum caua excitauerit auctā claritatē ex cōcentu cōuenientē sibi cōsonantia. Sin autē amplior magnitudo erit theatri tunc altitudo diuidatur in partes. iiii: uti tres efficiantur regiones cellarū transversæ designate. una harmonie: altera chromatōs: tertia diatonōs: & ab imo q̄ erit prima ^{ea} ex harmonia collocetur ita uti in minore theatro supra scriptū est. In mediana autē ^{parte} prima in extremis cornibus ad chromaticen hiperboleon hñtia sonitū ponantur. In secundis ab his diatessaron ad chromaticen diezeugmenō. In tertiis diatessaron ad chromaticen synnemenō. Quartis diatessaron ad chromaticen meson. Quintis diatessaron ad chromaticen hipatō. Sextis ad parameson: q̄ & in chromaticen hiperboleon diapente & ad chromaticen meson diatessaron habeant cōsonantie cōitatem. In medio nihil est collocandū ideo q̄ sonitum nulla alia q̄litas in chromatico genere symphonie cōsonantia pōt habere. In summa uero diuisione & regione cellarū in cornibus primis ad diatonon hiperboleō fabricata uasa sonitu ponantur: In secundis diatessaron ad diatonō. tertiis diatessaron ad diatonon synnemenon. quartis diatessaron ad diatonō meson. quintis diatessaron ad diatonō hipaton. Sextis diatessaron ad p̄slambanomenon diapason ad diatonon hipaton diapente hēt symphonie cōitates. Hec autē si quis uoluerit ad perfectū facile perducere: aduertat in extremo libro digramma musica rōne designatū. Quod Aristoxenus magno uigore & idustria generatim diuisis modulationibus constitutū reliquit. de quo si quis rōcinationibus his attēde

Celle
Confornicentur
Echea

Digramma

Aristoxen)

× ea echea
Δ diezeugmenō
□ in medio ad mese, quod ea
^ et ad p̄slambanomenō

rit ad naturā uocis & audientū delectatiōes facilius ualuerit theatrorū efficere perfectiones. Dicit aliquis forte multa theatra Romæ quot facta esse. Neq̄ ullā rōnem harū rerū in his fuisse. sed errauit in eo q̄ oīa publica lignea theatra tabulationes habēt cōplures quas necesse est sonare. hoc uero licet aduertet etiā a citharcedis q̄ superiore tono cū uolunt canere aduertunt se ad scenæ ualuas: & ita recipiūt ab earū auxilio cōsonantiā uocis. Cum autē ex solidis rebus theatra constituantur id est ex structura cemetorū: lapide: marmore: q̄ sonare non pōt: tunc ex his hac rōne sunt explicandē. Sin autem querit in quo theatro ea sint facta Romæ non possumus ostēdere Sed in italie regione & in pluribus grecorū ciuitatibus: etiamq̄ auctorem habemus. L. Mumius q̄ diruto theatro corinthiorū ea aenea Romam deportauit: & de manibus ad ædem lune dedicauit: multi etiam solertes architecti qui in oppidis non magnis theatra constituerunt propter inopiam fictilibus doliis ita sonantibus electis hac ratiocinatione cōpositis perferunt utilissimos effectus.

De confirmatione theatri facienda.

Plius autē theatri conformatio sic est facienda: uti q̄ magna futura est perimetros imi centro medio collocato circumagatur linea rotundatiōis: in eaq̄ quatuor scribantur trigona paribus lateribus interuallis ^{que} extremā lineā circinatiōis tangant. quibus etiā in. xii. signorū cœlestiū astrologi ex musica conuenientia astrorum rōcinantur. ex his trigonis cuius latus fuerit p̄ximū scenæ ea regiōe q̄ p̄cidit curuaturam circinationis: ibi finiatur scenæ ne frons & ab eo loco parallelas linea ducat: q̄ disiungat p̄scenii pulpitu & orchestre regiōem. Ita latius factū fuerit pulpitu q̄ grecorū q̄ oēs artifices in scenam dant operā. In orchestra autē senatorū sunt sedibus loca designata: & eius pulpiti altitudo sit ne plus pedū. v. uti qui in orchestra sederint spectare possint oīum agentū gestus. Cunei spectaculorū in theatro ita diuidantur: uti anguli trigonorū qui currunt circa curuaturā circinationis dirigant ascensus scalarūq̄ inter cuneos ad primā precinctiōem supra autē alternis itineribus superiores cunei medii dirigant. hi autē qui sunt in imo & dirigunt scalaria erunt numero. vii. reliqui quinque scenæ designa-

Amnis
a manubijs

Theatra lignea
Tabulationes
Scenæ ualua
Cementorū structura

L. Mumius)

Lune ædes

Conformatio theatri

Perimetros

Parallelas linea

Proscenij pulpitu

Orchestra regio

In orchestra sunt
ca designata sedibus
senatorū

Pulpiti altitudo

Cunei spectaculorū
in theatro

Scalaria

- Valve regie
- Hospitalia
- Itinera uersuraru
- Gradus spectaculoru
- Subsellia
- Porticus theatri tecti
- Orchestra
- Scena
- Podiu
- Corona
- Lysis
- Capitula
- Spire
- Epistylia
- Pluteu
- Vnda. forte quod cymaticus
alias uocat
- Episcenos
- DiaZomata
- Plutei
- Itinera
- Ascensus
- Pulpita
- Tribunalia

bunt cōpositiōem: & unus mediū contra se ualuas regias habere debet: & qui erunt dextra ac sinistra hospitaliorū designabūt cōpositionē: extremi duo spectabūt itinera uersuray. Gradus spectaculorū ubi subsellia cōponantur gradus ne minus alti sint palmo pede & digitis sex: Latitudines eorū ne plus pedes. ii. semis: ne minus pedes. ii. constituentur.

De tecto porticus theatri.

Ectum porticus quod futurū est in summa gradatiōe cū legere altitudine libratū perspiciat: ideo q̄ uox crescens equaliter ad sūmas gradationes & tectū perueniat. namq̄ si non fuerit equale quo minus fuerit altū uox pricipiet ad eam altitudinē quā perueniet primo Orchestra inter gradus imos qd̄ diametron habuerit eius sexta pars sumat: & in cornibus utriusq̄ aditus eius mensure perpēdiculū: interiores sedes p̄cidant: & quæ p̄cisio fuerit: ibi constituantur itinera supercilia. Ita enim satis altitudinem habebūt eorū cōformationes. Scenæ lōgitudō ad orchestre diametrō duplex debet fieri. Podii altitudo ab libramēto pulpiti cum corona & lysis duodecim orchestre diametris supra podium columne cum capitulis & spiris alte quarta parte eiusdem diametri. Epistylia & ornāmēta eay columnay altitudinis quinta parte. Pluteum insuper cū unda & corona inferioris pulpiti dimidia parte: supra id pluteum colūnæ quarta parte minore altitudie sunt q̄ inferiores epistylia & ornāmēta eay colūnay quinta parte. Item si tertia episcenos futura erit media i pluteū summū sit dimidia parte columne summe medianay minus alte sint quarta parte. Epistylia cum coronis eay colūnarum item habeant altitudinis quintā partem. Nec tñ in oibus theatris symmetrie ad oēs rationes & effectus possunt: sed oportet architectū aiadūertere quibus rōnibus necesse sit sequi symmetriam: & quibus p̄portionibus ad loci naturā aut magnitudinē operis tempari: sunt enim res quas & in pusillo & i magno teatro necesse est eadē magnitudie fieri propter usum uti gradus diaZomata pluteos itinera ascensus pulpita tribunalia & si si qua alia intercurrunt ex quibus necessitas cogit discedere a symmetria ne impediatur usus. Nō minus siqua exiguitas copiarum

respondere

circū

id est marmoris materia reliquayq̄ rerū que parant̄ in opere defu erint paulū demere aut adicere dū id ne nimīū improbe fiat. Sed cū sensu nō erit alienū. Hoc autē erit si architectus erit usu peritus preterea ingenio mobili solertiayq̄ nō fuerit uiduatus. Ipse autem scenæ habent rōnes explicatas ita uti medie ualue ornatus habeat aulae regie dextera ac sinistra hospitalia. Secundum autē spatia ad ornatus cōparata: quæ loca græci peractus dicūt ab eo q̄ machine sunt in hīs locis uersatiles trigonos habentes in singula tres spēs ornationis. q̄ cū aut fabulay mutationes sunt future seu deorum aduentus cū tonitribus repentinis uersent̄ mutantq̄ spetiē orationis in frontes. Secundum ea loca uersuræ sunt procurrētes q̄ efficiūt una a foro altera a peregre aditus in scena.

De Tribus Scenay Generibus.

Enera autem sunt scenay tria unū quod dicit̄ tragicum Alterū comicū. Tertiū satyricū. Horū autem ornatus in ter se dissimiles sūt. dispariq̄ rōne. q̄ tragicæ deformant̄ colūnis & fastigiis signis reliquisq̄ regalibus rebus. Comicæ autē ædificiōy priuatoy & menianoꝝ habent spetiē p̄fectulq̄ fenestris dispositos imitatiōe cōium ædificiōy rōnibus. Satiricæ uero ornatur arbobus spelūcis mōtibus reliquisq̄ agrestibus rebus in topi celispem deformati. In grecoꝝ theatris nō omnia iisdem rōnibus sūt faciēda. q̄ primū in ima circinatione ut in latino trigonoy q̄ tuor in eo quadratoꝝ triū anguli circinationis lineā tangunt & cuius quadrati latus est p̄ximū scenæ prehendit curuaturam p̄æ circinatiōis ea regione designat̄ finitio p̄scenii & ab ea regione ad extremā circinatiōe curuature parallelos lineā designat̄: i q̄ cōstituit̄ frons scenæ: per centrūq̄ orchestre p̄scenii regiōe parallelos lineā describit̄: & q̄ secat circinatiōes: lineas dextra ac sinistra. In cornibus hemicli centra designant̄: & circino collocato i dextra ab intervallo sinistro circumagat̄ circinatio ad p̄scenii dextrā partē. Ita tribus centris hac descriptione ampliōrē habet. item centro collocato in sinistro cornu ab intervallo dextro circumagat̄ ad p̄scenii dextram partem: orchestram græci & scenā recessiōrē m̄ndreay latitudine pulpiti quod longion appellat̄: ideo q̄ eos tragici &

suas

topiarij opis
apud

- Medie ualue
- Hospitalia
- Peractus
- Versuræ
- Scenay tria generay
- Tragicū
- Comicū
- Satyricū
- Topiarij opis
- Pulpiti
- Logū

Idē

tragici & comici actores in scena pagunt. Rehy artifices suas porchestra praestant actiones


Scenici
Thymelici
Gradationes scalareu
Cunei
Sedes
Præcinctio

καταχουτες dissonantes
συνχουτες concussantes
αυτοχουτες resonantes
συνχουτες consonantes

Porticus post scenam
Choragia
Pompeiana porticus
Cumenici porticus
Patris liberi famu
Odeu

comici actores in scena peragunt. Reliqui autem artifices suas per orchestra prestant actiones. itaque ex eo scenici & hymelici graece separatum nominantur. Eius loci altitudo non minus debet esse pedum .x. non plus .xii. Gradationes scalare inter cuneos & sedes contra quadra torum angulos dirigantur ad primam praecinctionem a praecinctione iter eas item medie dirigantur & ad summam quoties praecingunt altero tanto semper amplificantur. Cum haec omnia summa cura solertiaque explicata sint. Tunc etiam diligentius est aduertendum: uti electus locus in quo leniter applicet se uox. Neque repulsa resiliens incertas a uiribus referat significationes. Sunt enim nonnulli loci naturaliter impediens uocis motus: uti dissonantes qui graece dicuntur καταχουτες. Circumsonantes qui apud eos nominantur περικουτες item resonantes qui dicuntur αυτοχουτες. Consonantes quoque quos appellant συνχουτες. Dissonantes sunt in quibus uox prima cum est elata in latitudine offensa superioribus solidis corporibus repulsaque resiliens in unum opprimit insequens uocis elatione. Circumsonantes autem in quibus circuuagando coacta exoluens in medio sine extremis casibus sonans ibi extinguit incerta uerborum significatione. Resonantes uero in quibus cum in solido tactu percussa resiliant imagines exprimendo nouissimos casus duplices faciunt auditu item consonantes sunt in quibus ab imis auxiliata cum incremento scandens egreditur ad aures diserta uerborum claritate: ita si in locorum electione fuerit diligens aduersio: emendatus erit prudentia ad utilitatem in theatis uocis effectus. Formarum autem descriptiones inter se discriminibus his erunt notatae: ita quae ex quadratis designantur graecorum habeant usum: latine raris lateribus trigonorum: ita his descriptionibus quae uoluerit uti emendatas efficiet theatrorum perfectiones.

De porticibus post scenam & ambulationibus.
Ostendit scenam porticus sunt constituede: uti cum hymbres repente in ludos interpellauerint: habeat populus quo se recipi possunt. at ex theatro choragiaque laxamentum habeat ad comparandum uti sunt porticus pompeiana. Itemque athenis porticus heumenici patrisque liberi phanul exeuntibus e theatro sinistra parte odeum quod




Themistocles columnis lapideis dispositis nauium malis & antennis & spoliis perlicis pertexit fidem autem in celum mitridatico bello rex Ariobarzanes restituit: Smyrnae Syraioiceum trallibus porticus ex utraque parte: ut scene supra stadium: ceterisque ciuitatibus quae diligentiores habuerunt architectos: circa theatra sunt porticus & ambulationes: quae uidentur ita oportere collocari uti duplices sint: habeantque exteriores columnas doricas cum epistiliis & ornamentis ex ratione modulationis perfectas. Latitudines autem earum ita oportere fieri uidentur uti quantae altitudine columnae fuerint exteriores tantam latitudinem habeant ab inferiore parte columnarum extremae ad medias: & a medianis ad parietes qui circumcludunt porticus ambulationes. Medianae autem columnae quae parte altiores sint quam exteriores: sed aut ionico aut corinthio genere deformantur. Columnarum autem proportionem & symmetriam non erunt iisdem rationibus quibus in aedibus sacris scripti. aliam enim in deorum templis debent habere grauitatem: aliam in porticibus & ceteris operibus subtilitatem: Itaque dorici generis erunt columnae. dimetiantur earum altitudines cum capitulis in partes .xv. & ex eis partibus una constituatur & fiat modulus: ad cuius moduli rationem omnis operis erit explicatio: & in primo columnae crassitudo fiat duorum modulorum: in tercio columnarum quinque & moduli dimidia parte: altitudo columnae praeter capitulum .xliii. modulorum: capituli altitudo moduli unius: latitudo modulorum duorum & moduli sextae partis: ceteri operis modulationes uti in aedibus sacris in libro quarto scriptum est ita perficiantur. Si autem ionicae columnae fient scapus praeter spiram & capitulum in octo partes & dimidia parte diuidatur & ex his crassitudini columnae decursum plintho dimidia crassitudine constituat. Capituli ratio fiat uti in .iii. libro est demonstratum: Si corinthia erit: scapus & spira uti in ionica: Capitulum autem quemadmodum in quarto libro est scriptum ita habeant rationem. Stilobatisque adiectio quae fit per scapillos in partes ex descriptione quae est descripta supra in libro .iii. sumatur epistilia coronae ceteraque omnia ad columnarum rationem ex scriptis uoluminibus superioribus explicentur: media uero spatia quae erunt sub diuisis inter porticus adornanda uiribus uidentur: quae hypetrae

Themistocles
Mithridaticum bellum
Ariobarzanes
Strategem
Porticus & ambulationes iuxta theatra

Modulus
Intercolumnium

Scapus
Plinthus
Capitulum
Spira
Stilobate
Scamilli
Epistylia

Viridibus nota per seneca
Viridibus i. uiridibus
Hypetrae



Meridibus
Viridis color arborum pdest
oculis
Perlimat specie

ambulationes hnt magna salubritate & primum oculor: q ex uiribus subtilis & extenuatus aer ppter motionem corporis influens perlimat spem: & ita auferens ex oculis humorem crassum aciem tenuem & acutam spem relinquit. Preterea cum corpus motionibus in ambulatione calefit humores ex membris aer exugedo imminuit plenitates extenuatq dissipando q plus inest q corpus pot sustinere. Hoc aut ita esse ex eo licet aduertere q sub tectis cum sint aquar fontes aut etiam sub terra palustris abundantia: ex his nullus surgit humor nebulosus: sed in apertis hipetrisq locis cum sol oriens uapore tangat mundum ex humidis & abundantius excitat humores & coglobatos in altitudinem tollit. Ergo si ita uideri uti in hipetris locis ab aere humores ex corporibus exugant molestiores que ad modum ex terra per nebulas uident: non puto dubium esse quin amplissimas & ornatissimas sub diuo hipetrisq collocari oporteat in ciuitatibus ambulationes. He aut uti sint semp sicce & non lutose sic esse faciendum: fodiant & exinaniant q altissime: dextra ac sinistra struictiles cloace fiant. Inq earum parietibus q ad ambulationem spectauerint tubuli instruantur inclinati fastigio in cloacis: his perfectis compleantur ea loca carbonibus: deinde in super sabulone: hanc ambulationes sternant & exequantur: ita ppter carbonum naturalem raritatem & tubulorum in cloacas in struictionem excipient aquarum abundantie: & ita sicce & sine humore perfecte fuerint ambulationes. Preterea in his operibus thesauri sunt ciuitatibus in necessariis rebus a maioribus constituti. In conclusionibus enim reliqui oes sunt faciliores apparatus q lignor. Sal enim facile ante importat: frumeta publice priuatimq expeditius congerunt: si delit oleribus: carne seu leguminibus defendit. Aquar fossuris puteor: & de coelo repetinis tempestatibus ex tegulis excipiunt. De lignatione q maxime necessaria est ad cibum excoquendum difficilis & molesta est apparatus q & tarde coportat: & plus consumit in eiusmodi temporibus. tunc he ambulationes aperiunt & mensure tributim singulis capitibus designantur: ita duas res egregias hipetris ambulationes prestant. Vnam in pace salubritatis: Alteram in bello salutis. Ergo his rationibus ambulationum explanationes non solum post

loacq struictiles
Tubuli
Carbonibus
Sabulo

Tegule tectoru

scenam theatri sed etiam omnium deorum templis effecte magnas ciuitatibus prestare poterunt utilitates. quoniam hec nobis satis uidentur esse exposita nunc insequentur balnearum dispositionum demonstrationes.

De balnearum dispositionibus & partibus.

Rimum eligendus locus est qui calidissimus id est auersus a septentrione & aquilone: ipsa autem caldaria tepidariaque lumen habeant ab occidente hyberno. Sin autem natura loci impedit: utique a meridie: quod maxime tempus lauandi a meridiano ad uesperum est constitutum. Et item est aduertendum uti caldaria muliebria uirilique coniuncta: & in iisdem regionibus sint collocata. Sic enim efficitur ut in uasariis & hypocaustis cois sit usus eorum utriusque. Aena supra hypocaustum tria sunt componenda: unum caldarium: alterum tepidarium: tertium frigidarium: & ita collocanda: uti ex tepidario in caldarium quantum aque calide exierit influat de frigidario in tepidarium ad eundem modum testudines alueorum ex cois hipocausti calefacient. Suspensione caldarium ita sunt faciende ut primum sesquidali bus tegulis solum sternantur inclinatum ad hypocaustum uti pila cum mittat non possit intro resistere: sed rursus redeat ad prefurnium: ipsa per se ita flamma facilius peruagabitur sub suspensione. Supraque laterculis bescalibus pilae struantur ita disposite uti bipedales tegule possint supra esse collocatae: altitudinem autem pilae habeant pedum duorum. heque struantur argilla cum capillo subacta: supraque collocentur tegule bipedales que sustineant pauimentum. Concamerationes uero si ex structura facte fuerint: erunt utiliores. Sin autem contignationes fuerint figulinum opus subiiciatur: sed hoc ita erit faciendum: tegule ferreae aut arcus fiant: heque uncinis ferreis ad contignationem suspendantur que creberrimis: heque tegule siue arcus ita disponantur: ut tegule sine marginibus sedere in duabus inuehiq possint: & ita totae concamerationes in ferro nitentes sint perfecte: earumque camerae superiora coagmenta ex argilla cum capillo subacta liniantur. Intereor autem pars que ad pauimentum spectat testa cum calce trullifetur. Deinde opere albario siue tectorio poliatur. Neque camerae in caldariis si duplices factae fuerint meliorem habebunt usum. Non enim uapore humor corrumpere poterit materiam contignatio

Caldaria
Tepidaria

Vasaria
Hypocausta

Aena supra hypocaustum tria

Caldarium
Tepidarium
Frigidarium

Testudines alueorum
Aluei

Calefacientur
Caldarium suspensum

Tegulis solum sterna

Hypocaustis
Pila

Prefurnium
Bescalibus laterculi

Pilae

Argilla cum capillo subacta

Capillo
Tegule bipedales sustineant pauimentum

Concamerationes
Contignationes
Tegule ferreae

Primum

Calefacientur. sic supra

Argilla cum capillo subacta

Figulinum opus

Testa cum calce trullifetur

Albarium

Tectorium

Opus

Schola
 Labru
 Alueus
 Scholę laboru
 Aluei latitudo
 Pluteus
 Puluinus
 Laconicu
 Sudationes
 Tepidariu
 Hemispheriu
 Chypeus æneus
 Palestraru edificatio
 Hexætre
 Philosophoru & rhetoru
 sedes in palestris
 Peristylia palestraru
 Diaulo
 Tres porticus simplices
 Aspergo
 Ephoebeu
 Corticeu
 Comsteriu
 Lutro .i. frigida lauatio
 Eleothesiu
 Frigidariu
 Propriqeu
 Sudatio concamerata
 Laconicu

nis: sed inter duas cameras uagabitur. Magnitudines aut balnearu uident fieri pro copia hoim ^{autem} sint ita coposite: quanta longitudo fu erit tertia dempta latitudo sit preter scholę labri & aluei labru uti q; sub lumine faciendum uidet: ne stantes circū suis umbris obscu rent lucē. Scolas aut labroꝝ ita fieri oportet spatiosas ut cū priores occupauerit loca: circūspectantes reliqui recte stare possint. Aluei autē latitudo inter parietem & pluteū ne minus sit pedes senos. ut gradus inferior inde auferat & puluinus duos pedes. Laconicum sudatioesq; sunt cōiungende tepidario. hæc q̄ late fuerint tantā al titudinē habeāt ad unā curuaturam hemisperii. mediūq; lumen in hemisperio relinquat: Ex eoq; clypeū æneū catenis pendeant: p cu ius reductioes: & dimissiones perficiet sudatiois tptura: ipsumq; ad circinum fieri oportere uidet: ut equaliter a medio flāme uapo risq; uis per curuature rotundationes peruagetur.

De palestrarum ædificatione & sitis.

Vnc mihi uidet (tametsi nō sint italicę cōsuetudinę) pa lestraru ædificatioes tradit explicite & quęadmodū apud gręcos constituant monstrare. Cōstituant aut in tribus porticibus exædre spatiosę hñtes sedes i quibus philosophi rheto resq; ac reliqui qui studiis delectent sedentes disputare possint. In palestris peristylia quadrata siue oblonga ita sunt faciēda uti duo rum stadiorū habeant ambulatiois circuitionem: qđ gręci uocant diaulo ex quibus tres porticus simplices disponant: quartaq; que ad meridianas regiones est cōuersa duplex: uti cum tēpestates uen tose sint non possit aspergo in interiorē partē peruenire. In duplici aut porticu collocent hæc membra ephoebeum in medio (hoc aut est exædra amplissima cum sedibus tertia longior sit q̄ lata) sub dex tro coriceum. Deinde pxię cōnisterium a cōnisterio inuersura por ticus frigida lauatio quā gręci lstron uocitant: ad sinistram ephoe bei cleothesium: proxime autem eleothesium frigidarium: ab eoq; iter in propriqeu inuersura porticus: proxima autem introrsus e regione frigidarii collocetur cōcamerata sudatio longitudine du plex quam latitudine: habeāt in uersuris ex una parte laconi cum ad eundē modum uti supra scriptum est compositum ex aduerso

□ que apte
 □ proxime autē eleothe
 □ sium

laconici caldā lauatiōē. In palestra peristylia quęadmodum supra scriptū est ita debent esse perfecte distributa. extra autē disponant porticus tres. Vna ex peristilio exeuntibus: Dne dextra ac sinistra stadiate. ex quibus una que spectauerit ad septentrionē perficiat duplex amplissima latitudine. altera simplex ita facta uti in parti bus quę fuerint circa parietes & q̄ erunt ad colūnas margines ha beant uti semitas nō minus pedum denū: mediūq; excavatū uti gradus sint in descēsu marginibus sesquipedē ad planitiem: q̄ pla nities sit nō minus pedes. xii. ita qui uestiti ambulauerint circum in marginibus non impediēt a cunctis se exercentibus. hec antē porticu xistos apud gręcos uocitatur: q̄ athlete per hyberna tem pora in tectis stadiis exercent: Faciēda autem xista sic uident: ut sint inter duas porticus silue aut platanon: & in his perficiantur inter arbores ambulatioes: ibiq; ex opere ligninq; stationes. Proxie aut xistum & duplicē porticu designent. Hipetre ambulatioes q̄s gręci peradromidas nostri xista appellāt. in quas per hiemē ex xi sto sereno celo athletę prodeūtes exercent. Post xistū autē stadiū ita figuratū ut possint hominū copie cū laxamento athletas certan tes spectare q̄ in moenibus necessaria uidebantur esse: ut apte dispo nantur per scripti.

De portibus & structuris in aqua faciendis.

E oportunitate aut portuū nō est pretermittendū: sed nō d. quibus rōnibus tueant naues i his ab tempestatibus ex plicandū: Hi aut naturaliter si sint bene positi habeantq; acroteria siue promōtoria pcuriētia: ex quibus introrsus curuatu re siue uersure ex loci natura fuerint conformate maximas utilita tes uidentur habere. Circum enim porticus siue naualia sunt faciē da siue ex porticibus aditus emporia turrelq; ex utraq; parte collo cande. ex quibus catenę traduci per machinas possint: Sin autem nō naturaliter locum neq; idoneum ad tuendas ab tempestatibus naues habuerimus ita uidetur esse faciēdum: uti si nullum flumē in his locis impederit. Sed erit ex una parte statio: tunc ex altera parte structuris siue aggeribus expediantur progressus: & ita con firmade portuum conclusiones: He aut structure q̄ in aqua sunt

Calda lauatio
 Peristylia palestraru
 Stadiate porticus

Xystos
 Xysta quomodo faciunt
 Platanones
 Sigmni opus
 Hypæthre ambulatio
 Peridromides

Xysta
 Stationes
 Stadiū post xystū
 Moenia qđ significat
 nota hinc .i. urbis
 dificia

Acroteria
 Promōtoria
 Curuaturę
 Versure
 Porticus
 Naualia
 Emporia
 Turres

Cumæ
 Mineræ p̄ montorū
 Mortario uilgo mortero
 Transtillis
 Arcæ
 Ex mortario materia mixta
 Arcæ
 Domicū
 Crepido
 Puluinus
 Planitia .æ
 Pila in structura maq̄ facta
 nota pro Seneca

Merones ex uua palustri
 facti ad calcandū
 Cocleæ
 Rotæ
 Tympana
 Septic
 Alnei
 Oleagimi } Pal
 Ruderatione
 Structura

future uident sic esse faciendæ uti portæ puluis a regiõibus quæ sunt a cumis cõtinuate ad promontoriũ mineruæ: hisq; misceantur uti in mortario duo ad unum respondeat. Deinde tunc in eo loco q̄ definitus erit arcæ stipitibus robustis & catenis incluse in aquã demittendæ: destinãdeq; firmiter. Deinde interea ex transtillis inferior pars sub aqua exequanda & purgãda & cementil ex mortario materia mixta (quẽadmodũ supra scriptũ est) ibi cõgerendõ. Deinde cõpleatur structuræ spatiũ quod fuerit inter arcas. hoc autẽ minus naturale hñt ea loca que supra scripta sũt. Sin aut p̄pter fluctus & impetus aperti pelagi destinãdas arcas nõ potuerũt contineri: tunc ab ipsa terra sine crepidine puluinus q̄ firmissime struat. isq; puluinus exequata struat planitiẽ minus q̄ dimidiẽ partis. Reliquũ qd̄ est pxime litus proclinatũ latus habeat. Deinde ad ipsam aquã & latera puluino circiter sesquipedales margines struant æquilibres ex planitiẽ que supra scripta est. tunc proclinatio ea impleat harena: & exequat cũ margine & planitiẽ puluini. Deinde insuper eam exequatiõẽ pila q̄ magna cõstituta fuerit ibi struat: eaq; cũ erit extracta relinquat ne minus duos menses ut siccescat. Tunc aut succidat margo q̄ sustinet harenã: ita harena fluctibus subruta efficiet in aquã poterit esse progressus. In quibus aut locis puluis non nascitur his rõnibus erit faciendũ: uti arcæ duplices relatis tabulis & catenis colligate in eõ loco qui finitus erit constituant: & inter destinas creta merõibus ex ulua palustri factis calcetur: cũ ita bñ calcatum & q̄ densissime fuerit: tunc cocleis rotis tympanis collocatis locus qui in ea septione finitus erit exinaniatur sicceturg; & ibi inter septiones fundamenta fodiantur: si terrena erunt usq; ad solidũ crassiora q̄ murus qui supra futurus erit: exinaniatur sicceturg; & structura ex cementis: calce: & harena cõpleatur. Sin aut mollis locus erit palis ustulatis alneis aut oleaginiis cõfigat & carbonibus cõpleatur quẽadmodũ in theatrorũ & muri foundationibus est scriptum: Deinde tunc quadrato saxo murus ducatur iuncturis q̄ longissimis uti maxime mediũ lapides coagmentis contineantur. Tunc qui locus erit inter murum ruderatione sine structura cõpleatur: ita

// domicū

erit uti possit turris insuper ædificari. His perfectis Naualiorũ ea erit ratio: ut constituant spectantia maxime ad septetionẽ. Nam meridianæ regiones p̄pter æstus cariem: tineã: teredines: reliquaq; bestiarũ nocentium genera procreant: alendoq; conseruat. Eaq; ædificia minime sunt materianda propter incendia. De magnitudinibus autẽ finitio nulla debet esse sed faciunda ad maximũ nauium modum: uti & si maiores naues subducte fuerint habeant cũ laxamento ibi collocatiõem q̄ necessaria ad utilitatẽ ciuitatum & publicorũ locorum succurrere mihi potuerunt quẽadmodum constituantur & perficiantur in hoc uolumine scripsi. Priuatorũ autẽ ædificiorũ utilitates & eorũ symmetrias in sequenti uolumine rõcinabor

L. VICTRUVII POLLIONIS LIBER SEXTVS. IN QVO RATIOCINATUR DE PRIVATORVM AEDIFICIORVM UTILITATIBVS ET SYMMETRIIS.

Ristippus philosophus socraticus naufragio cum eiectus ad Rhodiensium littus aĩaduertisse geometrica schemata descripta exclamauisse ad comites ita dicit. bene speremus hoĩum. n. uestigia uideo. Statimq; in oppidũ Rhodum contendit: & recta gymnasium deuenit. Ibiq; de philosophia disputas muneribus est donatus: ut non tantũ se ornaret: sed etiam eis qui una fuerant uestitũ & cetera quæ opus essent ad uictũ prestaret. Cũ aut eius comites in patriam reuerti uoluissent: interrogarentq; eũ qd̄ nam uellet domũ renũctiari. Tunc ita mandauit dicere: eiusmodi possessiões & uiatice liberis oportere parari q̄ etiã e naufragio una possẽt enatare: nãq; ea uera præsidia sunt uitæ: qbus neq; fortunæ tempestas iniqua neq; publicarum rerum mutatio. neq; belli uastatio potest nocere. non minus etiam sententiam augendo theophrastus: Hortandoctos potius esse q̄ pecuniæ cõfidentes ita ponit. Doctum ex omnibus solum neq; in alienis locis peregrinum. neq; amissis familiaribus & necessariis inopem amicoꝝ. Sed in omni ciuitate esse ciuem: difficileq; fortunæ sine timore posse despiciere casus. At qui

Naualiorũ constructio
lorũ ratio

Caries
Tinea
Teredines

Materianda
finitio

Aristippus

Aristippi pulchritudo

Theophrasti pulchritudo

labidis itinerib)

Epicur)

Pauca sapientib) fortuna
tribuere

Euchrates

Chionides

Aristophu

Alexis

Atheniensiu
ex laudanda

Encyclos disciplina

Philologis
Philotechnis

Potius tenuitate cu bona
fama, qm abundantia cu
infamia

Architectentur

Rogatu no rogante oportere
suscep cura. quod ingenu
color mouetur pudore pe
tendo rem suspitiosam.

non doctrinae sed felicitatis p̄sidiis se putaret esse uallatū: labidis
itineribus uadentē nō stabili sed infirma cōflic̄tari uita. Epicurus
uero non dissimiliter ait: Pauca sapientibus fortunā tribuere. Que
autē maxima & necessaria sunt animi mentisq; cogitationibus gu
bernari: Hec ita esse plures philosophi dixerūt nō minus poete q
antiq̄s comedias gr̄ce scripserunt: & easdem sn̄ias uersibus in sce
na pronuntiauerūt. ut Euchrates. Chionides. Aristophanes. maxi
me etiā cum his alexis qui athenienses ait ideo oportere laudari: q
omniū grecorum leges cogunt parentes ali a liberis, atheniensium
non oēs nisi eos qui liberis artibus erudissent. Omnia enī munera
fortune cum dan̄t ab ea facillime adimuntur. Discipline uero con
iuncte cum animis nullo tempore deficiunt: sed permanent stabili
ter ad summū exitum uitae. itaq; ego maximas infinitasq; parenti
bus habeo atq; ago gr̄as: q̄ atheniensiu legē probātes me arte eru
diendū curauerūt & ea q̄ non potest esse pbata sine litteratura: En
cycloq; doctrinae oīum disciplina. Cū ergo & parentū cura & pre
ceptorū doctrinis auctas haberē copias disciplinarum philologis
& philotechnis rebus comentariorūq; scripturis me delectans: eas
possessiones aīo parauī: e quibus hec est fructuū summa: nullam
plus habendī necessitatē eamq; esse pprietatē diuitiarum maxime
nihil desiderare: sed forte nōnulli hec leuia iudicantes putant eos
esse tantum sapientes qui pecunia sunt copiosi: itaq; pleriq; ad id
ppositum contendētes audacia adhibita cum diuitiis etiā notitiā
sunt cōsecuti. Ego autē Cæsar non ad pecuniam parandā ex arte de
di studium: sed potius tenuitatē cum bona fama: q̄ abundantiam
cum infamia sequendam probauī. ideo notitie parum est assecuta
Sed tamē his uoluminibus æditis ut spero posteris etiā ero notus
Neq; est mirandū q̄ ita pluribus sim ignotus: tæteri architecti ro
gant & ambiunt ut architectent: mihi autē a p̄ceptoribus est tradi
tum rogatum non rogantē oportere suscipere curam, q̄ ingenuus
color mouet pudore petendo rem suscipiendā nam bñficiū dantes no
accipientes ambiuntur. Quid enī putemus suspicari: qui roget
de patrimonio sumptus faciendos cōmittere gratie petentis: nisi pe
de compendiiq; eius causa iudicet faciendum. itaq; maiores primū

/// suspitiosam

a genere pbatis opa tradebāt architectis: deinde q̄rebāt si honeste
essent educati ingenio pudori nō audaciæ p̄teruitatis cōmittendū
iudicantes si ipsi autem artifices nō erudiebant nisi suos liberos aut
cognatos: & eos uiros bonos instituebāt: quibus tantarum rerum
fidei pecuniæ sine dubitatione permetterent. Cum autē aiaduerto
ab indoctis & imperitis tante discipline magnitudinē iactari: & ab
his qui non modo architecture sed oīno ne fabricæ quidē notitiā
habent non possum nō laudare patresfamilias eos qui litteraturæ
fidutiā confirmati per se ædificantes ita iudicant si imperitis sit cō
mittendū: ipsos potius digniores esse ad suam uoluntatē q̄ ad alie
nam pecunie consumere summā. itaq; nemo artem ullam aliam co
natur domi facere uti futrinam: uel fullonicam: aut ex cæteris que
sunt faciliores: nisi architecturæ. ideo q̄ qui profitent̄ nō arte ue
ra sed falso nominant̄ architecti. Quas ob res corpus architecture
rōnesq; eius putauī diligentissime cōscribendas opinās id munus
oībus gentibus non ingratum futurum. igitur cum in quinto de
opportunitate cōmuniū operum descripsi: in hoc uolumine priua
torum ædificiorū rōtinātes & cōmensus symmetriarum explicabo

De natura regionum coeli ad quas ædificia
disponēda: & quid hæ in hoībus efficiant.

Ec autē ita erunt recte disposita: si primo aiaduersum fue
rit q̄bus regiōibus: aut q̄bus inclinationibus mundi cō
stituant̄ nanq; aliter ægypto, hispania nō eodē modo p̄
to dissimiliter Rome: item cæteris terrarū & regionū pprietatibus
oportere uident̄ cōstitui genera ædificiorū: q̄ alia parte solis cursu
premitur terra. alia longe ab eo distat. alia per medium temperat̄:
igitur uti constitutio mundi ad terræ spatiū inclinatione signiferi
circuli & solis cursu disparibus qualitatibus naturaliter est collo
cata: & ad eundē modū & ad regionum: rōnes coeliq; uarietates ui
dent̄ ædificiorū debere dirigi collocationes: sub septemtrione ædi
ficia testudinata & maxime cōclusa & non patentia: sed cōuerſa ad
calidas partes oportere fieri uidētur: cōtra autē sub impetu solis me
ridianis regionibus q̄ premunt̄ a calore patentiora conuersaq; ad
septemtrionem & aquilonē sunt faciunda. itaq; ultro natura ledit

Architectura
Fabrica

Subtrina
Fullonica

Signifer circuli

Testudinata ædificia

regiōibus ad eundē modū tempari quēadmodū cœlū est ad inclina-
 tiōes mūdi collocatū. Hec autē ex natura rerū sunt aiaduertēda. & cō-
 sideranda atq; etiā ex membris corporibusq; gētium obseruāda
 namq; sol quibus locis mediocriter profundit calores in his conser-
 uat corpora tempata. Queq; pxime currendo deflagrat eripit exu-
 rendo temperaturam humoris. Contra uero refrigeratis regiōibus
 q; absunt a meridie longe nō exhaurit a caloribus humor: sed ex
 cœlo roscidus aer in corpora fundens humorē efficit ampliores cor-
 poraturas uocisq; sonitus grauiore. ex eo quoq; sub septētriōibus
 nutriunt gentes imanibus corporibus candidis coloribus directo
 capillo & rufo: oculis celsis: sanguine multo ab humoris plenitate
 cæliq; refrigerationibus sunt conformati: Qui autē sunt pximi ad
 axem meridianū subiecti solis cursui breuioribus corporibus: co-
 lore fusco: crispo capillo: oculis nigris: cruribus ualidis: sanguine
 exiguo solis impetu perficiunt. itaq; & propter sanguinis exigui-
 tem timidiore sunt ferro resistere: sed ardotes & febres sustinent si-
 ne timorē q; nutrita sunt eorū membra cum feruore. itaq; corpora q;
 nascuntur sub septētriōe a febre sunt timidiore & imbecilla. Sangui-
 nis autē abundantia ferro resistunt sine timore. Non minus sonus
 uocis in generibus gētium dispares & uarias habet qlitates ideo q;
 terminatio oriētis & occidētis circa terræ librationem: qua diuidi-
 tur pars superior & inferior mundi: uidet̄ habere libratā naturali
 modo circuitionem: quam etiā mathematici horizonta dicunt. igit̄
 cum id habemus ^{etiam} sustinentes a labro qd̄ est in regione se-
 ptentrionali linea traiecta ad id quod est supra meridianū axem:
 ab eoq; alterā obliquam in altitudinem ad summū cardinem qui
 est post stellas septentrionū sine dubitatione aiaduertimus ex eo
 esse schema trigonū mundi uti organi: quam sambucen greci di-
 cunt. Itaq; quod est spatium pximū imo cardini ab axis linea in
 meridianis finibus sub eo loco que sunt nationes propter breuita-
 tem altitudinis ad mūdum sonitum uocis faciunt tenuem & acu-
 tissimū: uti in organo chorda: quæ est proxima angulo. Secūdu
 eam autem reliq; ad mediam gram remissioribus efficiunt in natio-
 nibus sonorū: scansiones item a medio in ordinem crescendo ad ex-

1. grecia

Orizo

Labru

Sambuca organu

tremos septentriones sub altitudine cœli nationū spiritus sonitū
 grauiori a natura rerum exprimitur. ita uidetur mundi cōceptio
 tota propter inclinationē cōsonantissime per solis temperaturā ad
 harmoniam esse composita. Igitur que nationes sunt inter axis me-
 ridiani cardinem ad septentrionalis media posite uti in diagrama
te musico medianæ uocis habeat sonitum in sermone: queq; pro-
 gredientes ad septentrionē sunt nationes q; altiores habent distā-
 tias ad mundum spūs uocis habentes humore repullos ad hypa-
 tos & proslambanomenos a natura rerū sonitu grauiore cogunt̄
 uti eadem ratione mediūm progrediētibus ad meridiem gētes pa-
 ranetas: ~~que~~ acutissimam sonitus uocis perficiunt tenuitate. hoc
 autē uerum esse ex humidis nature locis grauiora fieri: & ex ferūi-
 dis acutiora licet experiendo aiaduertē. Calices duo in una forna-
 ce æque cocti: æ quoq; ponderē ad crepitūq; uno sonitu sumantur
 ex his unus in aquā dimittat̄: postea ex aqua eximat̄: tunc utri-
 q; tangantur. Cum enim ita factum fuerit: largiter inter eos soni-
 tus discrepabit: æ quoq; pondere non poterunt esse. ita & corpora
 hominū uno genere figurationis & una mundi cōiunctione con-
 cepta: alia propter regionis ardorem acutum spiritum aeris exprī-
 munt tactu. alia ppter humoris abūdantiā grauiissimas effundūt
 sonorū qlitates. Item ppter tenuitatē cœli meridiane nationes ex a-
 cuto feruore mente expeditius celeriusq; mouent̄ ad consilioꝝ co-
 gitatiōes. Septentrionales autē gentes infuse crassitudine cœli ppter
 obstantiā aeris humore refrigerate stupentes hnt̄ mentes. Hoc autē
 ita esse a serpentibus licet aspicere q; per calorē cū exhaustā hnt̄ hu-
 moris refrigerationē tūc acerrime mouent̄: per brumalia autē & hy-
 berna tpa mutatiōe cœli refrigerate: imote sunt stupore. ita nō est
 mirandū si acutiores efficit calidus aer hoīum mentes refrigeratus
 autē cōtra tardiores. Cū sint autē meridianæ nationes animis acutissi-
 mis infinitaq; solertia consilioꝝ simul ad fortitudinē ingrediunt̄
 ibi succūbunt q; hnt̄ exustas a sole aiōꝝ uirtutes. Qui uero refrige-
 ratis nascunt̄ regionibus ad aiōꝝ uehementiā paratiores sunt ma-
 gnis uirtutibus. Suntq; sine timorē: sed tarditate animi sine cōside-
 rantia irruentes sine solertia suis cōsiliis refrigant̄. Cū ergo hæc a-

Diagramate musico

Hypatos

Proslambanomenos

Paranetas acutis-
 ma uox

Empiria pulchra

Meridianæ nationis
 acutioris ingenij

Septentrionales an-
 morū uehementioris

^{hec}
 natura rerū ita sint in mūdo collocata: ut oēs nationes imoderatis
 mistiōibus disparata: inter spatia totius orbis terrarum regionū
 medio mūdi. P. R. possidet fines. Namq̄ tēperatissime ad utramq̄
 partē & corporū membris aiorumq̄ uigoribus pro fortitudine sūt
 in italia gētes. Quēadmodū. n. iouis stella iter martis feruentissimā
 & saturni frigidissimā media currēs tempat. Eadē rōne Italia inter
 septentrionalē meridianāq̄ ab utraq̄ parte mixtiōibus tempatas &
 inuictas habet laudes. Itaq̄ cōsiliis refringit barbarorū uirtutes for
 ti manu: cōsiliis meridianorū cogitatiōes. Ita diuina mens ciuitatē
 Ro. Po. egregiam tēperatāq̄ regiōe collocauit: uti orbis terrarū im
 perio potiret. qd̄ si ita est uti dissimiles regiōes ab inclinatioibus
 coeli uariis generibus sint compate: & etiā natū gentiū disparibus
 aīs & corporū figuris q̄litatebusq̄ nascerent: Nō dubitemus aedifi
 ciorū quoq̄ rōnes ad nationū gentiūq̄ pprietates apte distribuerē
 cū habeamus ab ipsa rerū natura solertē & expeditā monstratiōē
 Quoad potui sūma rōne pprietates locorū a natura rerū dispositas
 aīaduertē exposui: & quēadmodū ad solis cursum & inclinatioes
 coeli oporteat ad gētium figuras constituere aedificiorum qualita
 tes dixi. Itaq̄ nunc singulorū generum in aedificiis cōmensus sym
 metriarum: & uniuersos & separatos breuiter explicabo.

De aedificiorū prinatorū proportionibus & mensuris.

Vlla architecto cura maior esse debet: nisi uti ppportioni
 bus rate partis habeant aedificia rōnum exactiōes. Cū er
 go cōstituta symmetriae ratio fuerit & cōmensus rōcina
 tionibus explicati. Tunc etiā acuminis est ppriū prouiderē ad na
 turā loci aut usum aut spēm: adiectiōibus temperaturas efficere: cū
 de symmetria sit detractū aut adiectū: uti id uideatur recte esse for
 matū: in aspectuq̄ nihil desideret: alia enī ad manū spēs esse uide
 tur: alia in excelso: nō eadem ī cōcluso: dissimilis in aperto: in quib)
 magni iudicii est opa qd̄ tandē faciūdū sit. Nō enī uires uideet hīc
 uifus effectus sed fallit saepe iudicio ab eo mens. Quēadmodū in
 scenis pictis uident colūnarū picture: mutulorū sphorae: signo
 rum figure pminētes cū sit tabula sine dubio ad regulā plana. Si
 militer ī nauibus remi cū sunt sub aq̄ directi: tñ oculis infracti uī

placent ut

Asparatē

Iuppiter

Mars

Saturn)

Italē & Rome laudes

Monstratiōē

Uifus nō uires uidetur
 habere effectū

Scenarū pictae

Proiecturę columnarū

Mutuli

Sphorę mutulorū

Remi sub aqua

dent: & q̄tenus eorū partes t̄gūt summā planitiē liquoris apparēt
 uti sunt directi. Cū uero sub aqua sunt dimissi per nature perluci
 dam raritatē remittūt enatantes a suis corporibus fluentes imagines
 ad summā aque planitiē. Atq̄ ibi cōmote efficere uident infractū
 remorū oculis aspectū. hoc aut siue simulachrorū impulsu seu radi
 rum ex oculis effusionibus uti phisicis placet uidemus utraq̄ ra
 tionē ut dicit ita esse uti falsa oculorū iudicia habeat aspectus. Cū
 ergo q̄ sunt uera falsa uideant: & nōnulla aliter q̄ sunt oculis pro
 bent: nō puto oportere esse dubiū quin ad locorū naturas aut ne
 cessitates detractiōes aut adiectiōes fieri debeāt: sed ita ut nihil in
 opibus desideret. Hec autē ingeniorū acuminibus nō solū doctri
 nis efficiunt. Igit̄ statuēda est primū ratio symmetriae e q̄ sumat̄
 sine dubitatiōe cōmutatio. Deinde explicet̄ opis fururi & locorū
 imū spatii lōgitudinis: cuius cū semel constituta fuerit magnitu
 do. sequat̄ eam ppportionis ad decorē apparatus: ut non sit cōside
 rantibus aspectus eurythmū dubius. De qua q̄bus rōnibus efficia
 tur est mihi pnuntiādū. Primūq̄ de cauīs aedium uti fieri debeāt
 dicam.

De cauīs aedium.

Aua aediū quinq̄ generibus sunt distincta: Quorū ita si
 cū gure nominant̄. Tuscanicū. Corinthiū Tetrastylon. Dis
pluuiatū. Testudinatū. Tuscanica sūt in quibus trabes
 in atrii latitudine traiecte habeāt interpensiuā & colliquias ab angu
 lis parietū ad angulos tignorū intercurrentes. Item asseribus stillici
 diorū in mediū cōpluuiū delectis. In Corinthiis hīc dē rōnibus tra
 bes & cōpluuiā collocant̄. Sed a parietibus trabes recedētes in cir
 cuitiōne circa colūnas cōponunt̄ Tetrastilia sunt q̄ subiectis sub
 trabibus angularibus colūnis & utilitatē trabibus & firmitatem
 pstant: q̄ neq̄ ipse magnū impetū cogunt hīc neq̄ ab interpensiuis
 onerant̄. Displuuiata aut sunt in quibus deliquie arcā sustinētes
 stillicidia reiiciūt. hec hybernaculis maxias pstant utilitates: q̄ cō
 pluuiā eorū recta nō obstāt luminibus triclinoꝝ. Sed ea habēt in
 refectiōibus molestiā magnā q̄ circa parietes stillicidia cōfluentia
 cōtinent fistule q̄ nō celeriter recipiūt ex canalibus aquā defluentē
 itaq̄ redūdātes restagnāt & intestinū & parietes in eis generibus

opus

- Caua aediū quinq̄ ge
 ru
- Tuscanicū
- Corinthiū
- Tetrastylō
- Displuuiatū
- Testudinatū
- Interpensiuā
- Colliquiæ
- Deliquiæ
- Arca
- Fistulę
- Canales
- Intestinū opus
- Compluuiū

ædificiorum corrumpunt. Testudinata uero ibi fiunt ubi non sunt impetus magni, & in cõgnationibus supra spatiose reeddunt habitationes.

De longitudine & latitudine atriorum.

